



862.0276

Suppl pay 75

F, 19

Inc 274  
1103

1573

X 79

Caius Plinius Secundus, <sup>for</sup>

Panegyricus Trajano Imperatori dictus  
et alii panegyrici veteres, etc.

H. 13.119, <sup>3</sup> v. Suppl. p 179.

Mediolani, Antonius Zastus

c. 1482

~~H. L. G.~~

~~L~~  
~~11~~  
~~9~~



Panegyrici Veteris

Ime  
271

FRANCISCVS PVTEOLANVS REVERENDO  
D.IACOBO ANTIQVARIO DVCALI SECRETA  
RIO SALVTEM.

✱ Ogasti ut Plinii secundi nouocomēsis orationē:  
qua consul optimo p̄icipi Traiano gratias agit:  
castigatā nostris impressorib⁹ traderem: quo optimi &  
eloquetissimi uiri pulcherrimū opus e situ in lucē assera  
tur: & nostri temporis principes eam orationē legentes  
nō quasi a magistro sed tamen sub exemplo edoceant:  
qua potissimū uia ad eandē gloriam possint ascendere:  
Ioanniꝰ galeacio regi nostro nunc primū pubescenti:  
quē tu Traiani similē fore & optas & ominaris tanq̄ e  
specula quadā lumen qđ sequat: ab quo nusq̄ oculos de  
flectat: ostendat. Feci & qđdem libenter: quid n. nō facerē  
te exigente: quē sequor ut magistꝰ: ueneror ut parentē  
nō tam ætatis maturitate: q̄ uitæ: a quo oēm dignitatē  
meā inchoactā auctā longiq̄ p̄uectam nunq̄ abnuerim:  
Quod si beneficio ullo tuo mihi cognit⁹ non fuisses: fe  
cuissem tamen qđ tibi cordi esse intellexissē. Optimorū tu  
un⁹ maxime doctissim⁹: Doctissimorū idem optim⁹ litte  
ras iacere nō sinis. erigis p̄fessores: ingenia foues: nec  
quisq̄ ē alicui⁹ per italiā noīs qui se ab Antiquario adiu  
tū ornatū nō libēter testificet. hęc nō mihi fama qua  
alioqñ gratissima uteris: sed re ipsa p̄specta sunt: Quo  
uiatico optimū senē Frācisū philephū utri⁹q; linguæ  
p̄cipē thuscos ultimo petētē p̄secut⁹ es: quo studio q̄ta  
cōtentione georgii uallensis & alterius georgii merulæ  
doctissimorū hoīum causā suscepisti: atq; ita suscepisti:  
ut alter tenuerit qđ quærebat. De altero nundum spem

plinius



Franc. pb

Geor.

Geor.

amiserim? : Cuius tui animi ac paterni ut ita dicam in  
artes affectus grande premiū retulisti ita amatus ita p  
batus ab omnib? : ut tanq̄ genius colaris: ad te omnium  
scripta deferant: libelli dedicent: quasi prorsus omnes  
certent: ut in negociis consilio: ita ī studiis iudicio tuo  
uti: Aduertunt enim oēs plurimū te fide: plurimū ueri  
tate: plurimū intelligētia præstare: Carere ambitu: & cū  
altius posses ascēdere: in mediocri gradu substituisse: qđ  
pulchrius & speciosi? duxeris castitate iusticia grauitate  
prudētia princeps agnosci. quis Antiquario melior? quis  
sanctior? quis in omni genere laudis ad exemplar anti  
quitatis unde tibi cognomen expressior: Eadē: qđ equi  
dem in admodū paucis numero uidi: tibi honestatis cu  
ra domi atq; intra priuatos parietes: quæ ī publico: nec  
ūq̄ de fama q̄ de cōsciētia sollicitior fuisti: Bononiæ sub  
Baptista sabello uiro priscae frugalitatis & continētiæ  
legato cōsulari magister epistolarū ī maxima pcuratiōe  
fuiisti similis antiquis: qualis ante te null? : post te pau  
cos reor futuros: cōtendisti enim quanq̄ adulescētulus  
eras: & urbs ac amplissimū officiū ad delicias inuitabāt  
tetricam castigatissimi præsidis imitari inocentiā. Præ  
fuiisti postea mediolanū euocat? sub duobus principib?  
patre & filio ordinādis sacerdotū comitiis tanta opinio  
ne hoīum: ut quod senat? iuratus olim Scipioni nascicæ  
tribuit tibi miro oīum hoīum cōsēsu optimi cognomē  
sit inditū. Taceo qua hospitalitate cunctis dom? tua pa  
teat: taceo cū amicos etiā apparatusime excipias ut ipse  
in cibo in potu nihil uoluptati tribuas. Taceo ut oībus  
corporis mēbris imperites: ut oculos aīumq; contineas:  
hæc: ut re uera sunt: in uno quoq; maxima uiderent. In

pt. 7. Sabell

armig 710



Antiquario : si cæteris uirtutibus comparent : minima erunt . Nam quam admirabile talem sanctitatē talem auctoritatē tanta iucunditate ac comitate condire. Iam quales uersus . quam uenustos . quam prurientes . quam dulces q̄ argutos scribis quasi catullus aut tibullus : In oratiōe pari ratione felix ī inuētiōe : ī disponēdo aptus figurat ? uarius & modo elatus & excelsus : modo submissus semper autē castigatus ut te Plinio huic nostro iure semper cōparauerim : Illum igitur legens & in illo uirtutes tuas recognoscēs tibi applaudebis . Additi sunt undecim alii Panægirici nō Pliniano quidē pares sed tamen non inelegantes aut recusandi : mira in singulis eruditio . Adieci : ut magnitudo uoluminis iusta ēēt : Iulii agricolæ uitam per Corneliū Tacitum conscriptā : quæ me ita afficit delectat tenet : ut nihil unquam pari uoluptate legerim . Fragmentū Petronii arbitri postremū locum tenet & quasi agmen claudit incuria quidē temporum mācum & adeo mutilatū ut uix cognosci possit : eiusmodi tamen ut non reiici debeat : hæc tuis auspiciis in lucē redeunt : Debent tibi qui legerint : quāquam pro tuis summis uirtutib? omnes tibi debent . Vale decus meū .

Iul. Agricola  
uita.

Petronius

*Handwritten notes in Latin script, partially obscured by a circular stamp. The text is difficult to decipher due to fading and the stamp's presence.*



Tabula eorum; quæ in hoc uolumine continetur.

- Epistola Francisci Puteolani ad reuerendū. D. Iacobum  
Antiquariū ducalem secretariū. Rogasti ut Plinii  
C. Plinii secundi nouocomensis Panægyricus Traiano *art 3*  
augusto dictus. Bene ac sapienter  
Panægyricus Maximiano & Constantino augustis dictus.  
Dixerint licet *art 41*
- Latini pacati drepani Panægyricus Romæ dictus Theo  
dosio imperatori augusto eius nominis primo.  
Siquis unquā fuit *art 48*
- Panægyricus Constantino augusto Constantii filio dictus.  
Vnde mihi tantū *art 65*
- Gratiarum actio Mamertini de consulatu suo Iuliano  
imperatori. Et si scio te *74. 74*
- Panægyricus Nazarii dictus Constantino imperatori.  
Dicitur Constantini *885*
- Alter Panægyricus Si flauia hæduox *1008*
- Panægyricus Constantino filio Constantii dictus.  
Facere sacratissime *1084*
- Alter Panægyricus. Si mihi Cæsar *112. 113*
- Oratio pro restaurandis scholis. Certum habeo uir *1429*
- Panægyricus Maximiano Diocletianoq; dictus.  
Cum oibus festis *1465*
- Eiusdem Mamertini Genethliac? Maximiani augusti.  
Omnes quidem *13130*
- Iulii Agricolæ uita per Corneliū tacitum eius generū  
castissime composita. Clarorū uirorum *13830*
- Petronii arbitri satyrici fragmenta: quæ extant.  
Cum alio genere *1450*

**b** ENE AC SAPIENTER PATRES. C.  
maiores instituerūt ut rerum agenda  
rum: ita dicēdi initium a precationib?  
capere: quod nihil rite nihilq; providē  
ter homines sine deorum immortalīū  
ope consilio honore auspiciant. Qui  
mos cui potius quam consuli? aut quando magis usur  
pandus colendusq; est: quam cum imperio senatus: au  
ctoritate reipu. ad agendas optimo principi gratias exci  
tamur? Quod enim præstabilius est aut pulchrius mu  
nus deorum: quam castus & sanctus & diis simillimus  
princeps? Ac si adhuc dubium fuisset forte casuq; recto  
res terris an aliquo numine darentur: principem ta  
men nostrum liqueret diuinitus constitutum. Non. n.  
occulta potestate fatorum: sed ab Ioue ipso coram ac pa  
lam repertus electus est. quippe inter aras & altaria: eo  
demq; loci quem deus ille tam manifestus ac præsens  
quam cælum ac sidera insedit. Quo magis aptum piū  
que est te Iupiter optime antea conditorem nunc confer  
uatorem imperii nostri precari: ut mihi digna consu  
le. digna senatu. digna principe contingat oratio: utque  
omnibus quæ dicentur a me: libertas fides ueritas con  
stet: Tantumque a specie adulationis absit gratiarum  
actio mea: quantum abest a necessitate. Equidem non  
consuli modo sed omnibus ciuibus enitendum reor: ne  
quid de principe nostro ita dicant: ut idem illud de alio

*Roy ago  
Initiū a  
Tribunibus*

*Restor  
dant a*

*nomen  
est  
dant qui*

*quidam in illis mus paratior*  
dici potuisse uideatur. Quare habeat ac recedant uoces  
illæ: quas metus exprimebat. Nihil quale ante dicamus:  
nihil enim quale antea patimur. Nec eadem de princi-  
pe quæ prius prædicemus: neque enim eadem secreto  
loquimur: quæ prius. Discernatur orationibus nostris  
diuersitas temporum: & ex ipso genere gratiarum agen-  
darum intelligatur cui: quando sint hæctenus ut deo:  
nunc nusquam ut numini blandiamur. non enim de  
tyranno sed de ciue: non de domino sed de parente lo-  
quimur. Vnum ille se ex nobis: & hoc magis excellit  
atque eminet: quod unum ex nobis putat: nec minus  
hominem se: quam hominibus præesse meminit. In-  
telligamus ergo bona nostra: dignosque nos illius usu  
probemus: atque identidem cogitemus: si maius prin-  
cipibus præstemus obsequium: qui seruitute ciuium:  
quã qui libertate lætantur. & populus quidem romanus  
dilectum principem seruat: quantoque paulo ante con-  
centu formosum alium: hunc fortissimum personat:  
quibusque aliquando clamoribus gestum alterius &  
uocem: huius pietatem. abstinentiam. mansuetudinem  
laudat. Quid nos ipsi? diuinitatem principis nostri:  
an humanitatem. temperantiam. facilitatem: ut amor  
& gaudium tulit: celebrare uniuersi solemus? Iam  
quid tam ciuile. tam senatorium: quam illud aditum  
a nobis optimi cognomen? quod peculiare huius & pro-  
prium arrogantia priorum principum fecit. Eninvero  
quam commune quam ex æquo: quod felices nos fe-  
licem illum prædicamus: alternisque uotis hæc faciat:  
hæc audiat: quasi non dicturi nisi fecerit: compre-

*u. Ro. Fol  
neque dicit*

*quia dicitur de magistro: Summa uitas: facit uita cum  
e. dicitur de luxurioso et gaudioso: quod in se: iusticia uita  
e. dicitur de compositio: no ne e. dicitur: ne dicitur  
sicut in quatuor: iohanni uenit locum sicut: e. e. d.*

camur . Ad quas ille uoces lachrymis etiam ac multo pudore suffunditur . Agnoscit enim sentitque sibi non principi dici . Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus : hoc singuli quoque meditarique teneamus : sciamusque nullum esse neque sincerius : neque acceptius genus gratiarum : quam quod illas acclamatiões æmulemur : quæ fingendi non habent tempus . Quantum ad me pertinet laborabo : ut orationem meam ad modestiam principis moderationemque submittam : nec minus considerabo quid aures eius pati possint : quam quid uirtutibus debeat . Magna & inusitata principis gloria : cui gratias acturus non tam uereor : ne me in laudibus suis parcum quam ne nimium putet . Hæc me cura hæc difficultas sola circumstat . Nam merenti gratias agere facile est Patres cons. non enim periculum est ne cum loquar de humanitate : exprobari sibi superbiam credat . cum de frugalitate luxuriam . cum de clæmentia crudelitatem . cum de liberalitate auariciam . cum de benignitate liuorem . cum de continentia libidinem . cum de labore inertiam . cum de fortitudine timorem . Ac ne illud quidem uereor ne gratus ingratus ue uidear : pro ut satis aut parum dixerō . Animaduerto enim etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia & sanctitate lætari : gratioresque existimari : qui delubris eorum puram castamque mentem : quam qui meditarum carmen intulerit . Sed parendum est SENATVSCONSVLTQ: quod ex utilitate publica placuit: ut consulis uoce sub titulo

*Humani tal  
Superbia*

*dij quare  
in uia*

*3*

*desiderium sibi miserum mendit. hanc mea pueri miserabilem  
proprium in: excipit et hanc sibi semel sibi me tibi uerum  
me illis miserum dico quidem ex celsis: sonner in: accepto  
tunc demum per deum esse parum: qui dicitis: miserum  
penitentia sibi per quibus comitabile in uia*

gratiarum agendarū boni principes quæ facerent reco-  
 gnoscerēt: mali quæ facere deberent. Id nunc eo magis  
 solemne ac necessarium est: quod parens noster priua-  
 tas gratiarum actiones cohibet & cōprimit: intercessu-  
 rūs etiam publicis si permitteret sibi uetare quod sena-  
 tus iuberet. Vtrunq; Cæsar Auguste moderate: & quod  
 alibi tibi gratias agi non finis: & quod hic finis. non  
 enim a te ipso tibi honor iste: sed ab agentibus habetur.  
 cedis affectibus nostris. nec nobis munera tua prædica-  
 re: sed audire tibi necesse est. Sæpe ego mecum. P. C.  
 tacitus agitavi qualem quantumq; esse oporteret: cuius  
 ditione nutuque maria. terræ. pax. bella regerētur: cum  
 interea fingenti formantiq; mihi præcipem quem æqua-  
 ta diis immortalibus potestas deceret: nunquam uoto  
 saltem concipere succurrit similem huic quem uidem?  
 Enituit aliquis in bello: sed obsoleuit in pace. alium  
 toga: sed non & arma honestarunt. reuerentiam ille  
 terrore. alius amorem humanitate captauit. ille quæ-  
 sitam domi gloriam in publico. hic in publico partam  
 domi perdidit. postremo adhuc nemo extitit cuius uir-  
 tutes nullo uitiorum confinio lederentur. At principi  
 nostro quanta concordia: quantusq; concentus omniū  
 laudum omnisq; gloriæ cōtigit: ut nihil seueritati eius  
 hilaritate: nihil grauitati simplicitate: nihil maiestati  
 humanitate detrahitur. Iam firmitas iam proceritas  
 corporis iam honor capitis & dignitas oris: ad hoc æta-  
 tis inflexa maturitas: nec sine quodā munere deum  
 festinātis senectutis insignib; ad augendam maiestatem  
 ornata Cæsaries non ne longe lateque principem osten-  
 tant? Talem esse oportuit quem non bella ciuilia nec

boni

is quantus q  
 e d3. qui  
 orat. Rodericus

Sincora  
 moy p of.

arid ad au-  
 rida magistra

non tibi hoc omnia persuasa conspiciat. No tibi  
 non tibi quicquam existit me sed meū in afflictionē ne me dno  
 in amodo parca ut in unum pntes: quod tenet

armis oppressa. R. P. sed pax & adoptatio : & tandem  
 exorata terris numina dedissent . An fas erat nihil  
 differre inter impatorem quem homines : & quem dii  
 fecissent? Quorum quidem in te Cæsar iudiciū & fauor  
 tunc statim cum ad exercitum p̄ficisceris & quidem  
 inusitato enituit . Nam cæteros principes aut largus  
 cruor hostiarum: aut sinister uolatus auium consulenti  
 bus nunciauit. Tibi ascendenti de more capitoliū quan  
 quam non id agentium ciuium clamor ut iam principi  
 occurrit . Siquidem omnis turba quæ limen infederat  
 ad ingressū tuū foribus reclusis iam quidē ut tunc arbi  
 trabat deum: cæteris ut docuit euent? te cōsalutauit impe  
 ratorem. nec aliter a cunctis omen acceptū est: nam ipse  
 intelligere nolebas: recusabas. n. imperare: recusabas qđ  
 bene erat impaturo. Igitur cogend? fuisti. cogi porro nō  
 poteras nisi periculo patriæ: & mutatiōe reipu. obstina  
 tum enim tibi non suscipere imperium: nisi seruādum  
 fuisset . Quare ego illum ipsum furorem motumq; ca  
 strensē reor extitisse : quia magna ui magnoq; terro  
 re modestia tua uincenda erat . At sicut maris cælique  
 temperiē turbines tempestatesq; cōmendant : ita ad au  
 gendā pacis tuæ gratiā: illum tumultū præcessisse credi  
 derim. Habet has uices condicio mortaliū: ut aduersa ex  
 secūdis: ex aduersis secunda noscant . Occultat utroq; q;  
 semina de? & plærūq; bonorū malorūq; causæ sub diuer  
 sa specie latent. Magnū quidē illud sæculo dedecus ma  
 gnū reip. uuln? impressū est. Impator & parens generis  
 humani obsessus captus inclusus: ablata mitissimo seni  
 seruandorum hominum potestas : ereptumq; principi  
 illud in principatu beatissimum quod nihil cogitur. Si

46.

*Uideretur mihi de solū simplici uero: compositio omnium con  
 claudū: & gloriarū sequuntur. quare nō tunc ferens i  
 de uerba primū apem uolūta dicitur quā mō t  
 i. uuln? bonū uero. Quare sicut dicitur in*

tamē hæc sola erat ratio: quæ te publicæ salutis guber-  
naculis admoueret: prope est ut exclamem tanti fuisse.  
Corrupta est disciplina castrorum: ut tu corrector emen-  
datorque contingeres. inductum pessimum exemplum:  
ut optimum opponeretur. Postremo coactus princeps  
quos nolebat occidere: ut daret principem qui cogi nõ  
posset. Olim tu quidem adoptari merebare: sed nescis  
semus quantum tibi deberet imperium: si ante adopta-  
tus esses. Expectatum est tempus in quo liqueret: non  
tam accepisse te beneficium: quam dedisse. Confugit in  
sinum tuum concussa repu. ruensq; imperium super im-  
peratorem impatoris tibi uoce delatum est. Imploratus  
adoptione & accitus es. Vt olim duces magni a peregrini-  
s externisq; bellis ad opem patriæ ferendam reuocari  
solebant: ita filius ac parens uno eodemq; momēto rem  
maximã inuicem præstitistis. Ille tibi imperium dedit:  
tu illi reddidisti. Solus ergo adhuc qui pro munere tan-  
to paria accipiendo fecisti: imo ultro dantem obligasti:  
communicato enim imperio sollicitior tu: ille securior  
factus est. O nouum atque inauditũ ad principatũ iter:  
nõ te propria cupiditas proprius metus sed aliena utili-  
tas: alienus timor principẽ fecit. Videaris licet quod est  
amplissimũ consecutus inter homines: felicius tamen  
erat illud quod reliquisti: sub bono principe priuatus  
esse defuisti. assumptus es in laborum curasq; consor-  
tium: nec te læta & prospera stationis istius: sed aspera  
& dura ad capessendam eam compulerunt. Suscepisti  
imperium postquã alium suscepti pœnitebat. Nulla adop-  
tati cum eo qui adoptabat cognatio: nulla necessitudo:  
nisi quod uterque optimus erat: dignusq; alter eligi:



alter eligere. Itaq; adoptatus es non ut prius alius atq;  
alius in gratiam uxoris. adsciuit enim te filium non ui-  
ctricus sed princeps: eodemq; animo diuus Nerua pater  
tuus factus est: quo erat omniū. Nec decet aliter filium  
adsumi: si adsumatur a principe. An senatum. po. q; ro  
exercitus prouincias socios transmissurus uni: successo-  
rem e sinu uxoris accipias? summæq; potestatis hæredē  
tantum intra domum tuam quæras: non per totam ciui-  
tatem circumferas oculos? & hunc tibi proximū: hunc  
coniunctissimū existimes: quem optimum: quem diis  
simillimū inueneris? Imperatur? omnibus eligi debet  
ex omnibus. non enim seruulis tuis dominū: ut possis  
esse contentus quasi necessario hærede: sed principem  
ciuibus daturus imperator. Superbum istud & regium:  
nisi adoptes eum quem constet imperaturū fuisse etiam  
si non adoptasses. Fecit hoc Nerua: nihil interesse arbi-  
tratus genueris an elegeris. si perinde sine iudicio ado-  
ptentur liberi ac nascunt: nisi tamen quod æquiore ani-  
mo ferunt hoīes quem princeps parum feliciter genuit  
quā quem male elegit. Sedulo ergo uitauit hūc casum:  
nec iudicio hominū sed deorū etiam in consilium assum-  
psit. Itaq; non tua in cubiculo sed in templo: nec ante  
genialem thorum sed ante puluinar Iouis optimi maxi-  
mi adoptio peracta est: qua tandem non seruitus no-  
stra sed libertas & salus & securitas fundabatur. Sibi  
enim dii gloriam illam uendicauerunt. horum opus:  
horum illud imperium: Nerua tamen minister fuit.  
Vterq; qui adoptaret tam paruit: quā tu qui adoptaba-  
ris. Allata erat ex pannonia laurea id agentibus diis: ut  
inuieti impatoris exortum uictoriæ insigne decoraret.

6  
M. pon  
R.

1. pon. o

Hanc imperator Nerua i gremio Iouis collocarat: cum  
repete solito maior & augustior aduocata hoium cociōe  
deorq; te filium sibi hoc est unicū auxiliū fessis rebus  
assumpsit . Inde quasi deposito impio qua securitate :  
qua gloria lætus : nam quantulū refert deponas: an par  
tialis imperiū : nisi quod difficili? hoc est: non secus ac  
præsenti tibi inixus: tuis humeris se patriāq; sustentās  
tua iuuenta tuo robore inualuit. statim confedit omnis  
tumultus . Non adoptionis opus istud fuit: sed adopta  
ti. atq; adeo temere fecerat Nerua si adoptasset alium.  
Obliti ne sumus: ut nuper post adoptionem non desie  
rit seditio: sed cœperit? irritamentū istud irarum & fax  
tumultus fuisset nisi incidisset in te. An dubiū est ut  
dare non posset imperium imperator : qui reuerentiam  
amiserat? Auctoritate eius effectum est cui dabatur . Si  
mul filius. simul Cæsar. mox impator & consors tribu  
nicix potestatis & omnia pariter & statim factus es :  
quæ proxime parens uerus tantum in alterum filium  
contulit . Magnū hoc tuæ moderationis indicium: qđ  
non solum successor imperii : sed particeps etiam soci  
usque placuisti . nam successor etiam si nolis habend?  
est : non est habendus socius nisi uelis . Credent ne po  
steri patricio & consulari & triūphali patre genitū cum  
fortissimū amplissimum amantissimum sui exercitum  
regeret : imperatorem non ab exercitu factum? eidem  
cum germaniæ præsideret: germanici nomen hinc mis  
sum? nihil ipsū ut impator fieret agitalle : nihil fecisse  
nisi qđ meruit & paruit? Paruisti. n. Cæsar: & ad principa  
tum obsequio peruenisti : nihilq; magis a te subiecti  
animo factum est: quam quod imperare cœpisti . Iam

7

Cæsar iam Imperator iam germanicus absens & ignarus: & post tanta nomina quatum ad te pertinet priuatus. Magnum uideretur si dicerem: nescisti te Imperatorem futurum. eras Imperator: & esse te nesciebas. Ut uero ad te fortunæ tuæ nuncius uenit: malebas quidem hoc esse quod fueras: sed non erat liberū. An non obsequeris principi ciuis: legatus impatori: filius patri? Vbi deinde disciplina: ubi mos a maioribus traditus: quodcūq; imperator munus iniūgeret æquo animo paratoq; subeundi? Quid. n. si prouincias ex puinciis: ex bellis bella mandaret: eodē illo uti iure cū ad imperiū reuocet quo sit usus: cū ad exercitū miserit nihilq; interesse ire legatū: an redire principem iubeat: nisi quod maior sit obsequii gloria in eo quod quis minus uelit. Augebat auctoritatē iubentis: in summū discrimen auctoritas eius adducta: utq; magis parendū imperāti putares: efficiebat: eo quod ab aliis minus parebatur. Ad hoc audiebas: senatus: populiq; consensum. Non unius Neruæ iudiciū illud: illa electio fuit: nam qui ubiq; sūt homīes: hoc idem uotis expetebant: ille tantū iure principis occupauit: primusq; fecit qđ omnes facturi erāt. nec hercule tantopere cunctis factū placeret: nisi placuisset antequam fieret. At quo tempamēto potestatem tuam fortunāq; moderatus es. imperator tu titulis & imaginib; & signis: cæterum modestia. labore. uigilantia. dux. & legat; & miles cū iam tua uexilla tuas aqlas magno gradu anteires: neq; aliud tibi ex illa adoptio ne: quam filii pietatem filii obsequiū adsereres: longāq; huic nomini ætatem: longā gloriā precarere. Te prouidentia deorum primū in locum puexerat: tu adhuc in

secūdo resistere atq; etiam senescere optabas. Priuatus  
tibi uidebaris q̄diu impator & alius esset. Audita sunt  
uota tua: sed in quantū optimo illi & sanctissimo seni  
utile fuit: quem dii cælo uendicauerūt: nē qd post illud  
diuinū & imortale factum mortale faceret. Deberi quip  
pe maximo operi hanc uenerationē: ut nouissimū esset:  
auctorēq; eius statim consecrandū: ut quādoq; inter po  
steros quæreretur: an illud iā de? fecisset. Ita ille nullo  
magis noīe publicus parens: q̄ quia tuus: ingens gloria  
ingensq; fama cū abunde expertus esset: quā bene hu  
meris tuis federet imperiū: tibi terras: te terris reliquit  
eo ipso carus omnib; ac desiderādus: quod p̄spexerat ne  
desideraret. Quē tu lachrymis primū ita: ut filium de  
cuit: mox templi honestasti: non imitatus illos: qui hoc  
idem: sed alia mente fecerunt. Dicauit cælo Tiberius  
Augustū: sed ut maiestatis numen induceret: Claudiū  
Nero: sed ut irrideret: Vespasianū Titus: Domitianus  
Titum: sed ille ut dei filius: hic ut frater uideretur. Tu  
syderibus patrem intulisti non ad metū ciuium: non in  
contumeliā numinū: non in honorē tuum: sed quia deū  
credis. Minus est hoc: cum fit ab his: qui & sese deos pu  
tant. Sed licet illum aris puluinarib;. flamine colas: nō  
alio magis tamen deum & facis & probas: q̄ quod ipse  
talis es. In principe. n. q̄ electo successore fato concessit  
una itēq; certissima diuinitatis fides est bon? successor.  
Nū ergo tibi ex imortalitate patris aliquid arrogatiæ  
accessit? Nū hos p̄ximos diuinitate parentū desides ac  
superbos: potiusq; illos ueteres & antiquos æmuleris?  
qui hoc ipsum imperiū cuius pulsi fugatiq;: non aliud  
maius habebat̄ iudiciū: q̄ si triūpharet. Ergo sustulerāt

animos & iugum excusserant: nec iam nobiscū de sua  
libertate: sed de nostra seruitute certabant. ac ne indu-  
cias quidem nisi æquis condicionib⁹ inibant: legesq; ut  
acciperent dabant. At nūc rediit oibus terror & metus  
& uotū impata faciendi. uidet. n. romanū ducem unum  
ex illis ueterib⁹ & priscis: quibus impatoriū nomen ad-  
debant coniecti cædibus cāpi: & infecta uictoriis maria  
Accipim⁹ obsides ergo nō emimus: nec ingentib⁹ dānis  
īmensisq; muneribus pascimur: ut uicerimus. rogant.  
supplicāt. largimur. negamus utq; ex impii maiesta-  
te: agunt gratias qui impetrauerūt: non audent queri  
quibus negatum est. An audeāt: qui sciant te adsedisse  
ferocissimis populis eo ipso tēpore qđ amicissimū illis:  
difficillimū nobis. cū danubius ripas gelu iungit: dura-  
tusq; glacie ingentia tergo bella trāsportat: cū fere gen-  
tes non telis magisq; suo cælo: suo sidere armant. Sed  
ubi in pximo tu: nō secus at si mutatae tempoy uices  
essent: illi quidem latibulis suis clausi tenebant: nostra  
agmina pcurfare ripas: & aliena occasione si pmitteres  
uti: ultroq; hyemem suā barbaris gaudebant. Hæc tibi  
apud hostes ueneratio: quid apud milites: qđ admiratio-  
nem quemadmodū cōparasti: cū tecum in ediam tecum  
ferrent sitim: cū in illa meditatioē campestri militari-  
bus turmis imperatoriū puluerē sudoremq; misceres.  
nihil a cæteris nisi robore ac præstantia libero Marte  
nunc cominus tela libares: nunc uibrata suscipes: ala-  
cer uirtute militū & lætus: quotiēs aut cassidi tuæ aut  
clipeo grauior ictus incideret. laudabas qppe ferientes:  
hortabarisq; ut auderent: & audebant iam cū spectator  
quæ in eūtiū certamina uirorum arma componeres:

tela temptares: ac si quod durius accipienti uideretur:  
ipse uibrares. Quid cum solatiū fessis: ægris opem fer  
res? Non tibi moris tua inire tentoria nisi commilito  
num ante lustrasses: nec requiem corpori nisi post oēs  
dare. Hac mihi admiratione dignus imperator non ui  
deretur: si inter Fabricios & Scipiōes & Camillos talis  
esset: tunc enim illū imitationis ardor semperq; melior  
aliquis accenderet. postquam uero studium armorum a  
manibus ad oculos: ad uoluptatē a labore translatum  
est: postquam exercitationib; nostris non ueteranorum  
aliq; cui decus muralis aut ciuica: sed græculus magi  
ster assistit: quam magnū est ex omnibus patrio more  
patria uirtute lætari: & sine æmulo ac sine exemplo se  
cum certare: secum contendere: ac sicut imperat solus  
solum ita esse qui debeat imperare. Nonne incunabula  
hæc tibi cæsar & rudimēta cum puer admodū parthica  
lauro gloriam patris augens: nomenq; germanici iam  
tum mererere: cum ferociam superbiāq; parthorum ex  
proximo auditus magno terrore cohiberes: rhenumq;  
& Euphratem admirationis tuæ fama coniūgeres: cum  
orbem terrarum nō pedibus magis q̄ laudibus peragra  
res: apud eos semper maior & clarior quibus postea con  
tigisses: & necdum imperator: necdum dei filius eras.  
Germaniāq; cum plurimæ gentes ac prope infinita ua  
stitas interiacentis soli: tum pyreneus. alpes. imensiq;  
alii montes nisi his compararent muniunt dirimuntq;  
per hoc omne spatium cū legiones duceres: (seu potius  
tanta uelocitas erat: raperes) sed non uehiculum unquā  
non equum respexisti. leuis hic non subsidium itineris  
sed decus: & cū subsequēbat̄: ut cuius nullus tibi usus

nisi cum die statiuorū proximū campum alacritate di-  
scursu puluere attollereres. Initiū laboris mirer an finē?  
multū est quod p̄seuerasti: plus tamen quod non timui-  
sti: ne perseuerare non posses. Nec dubito quin ille qui  
te inter illa germaniæ bella ab hispania usq; ut ualidis-  
simum præsidium exciuerat: iners ipse alienisq; uirtuti-  
bus tunc quoq; inuidus impator cum ope earum indi-  
geret: tantam admirationē tui nō sine quodam timore  
cōceperit: quantā ille genitus Ioue post labores duraq;  
imperia regi suo indomitus semper indefessusq; refere-  
bat: cū alius super alias expeditionib; itinere illo dign;  
inuenireris. Tribun; uero disiūctissimas terras teneris  
adhuc annis uiri firmitate lustrasti: iam tunc præmo-  
nente fortuna ut diu penit; perdisceres: quæ mox præ-  
cipere deberes. Neq; .n. p̄spexisse castra breuēq; militiā  
quasi transisse contentus ita egisti tribunū: ut esse sta-  
tum dux posses: nihilq; discendū haberes tēpore docēdi.  
Cognouisti per stipendia decem mores gentiū: regionū  
situs: opportunitates locorū: & diuersam aquarū cæliq;  
temperie ut patrios fontes patriūq; sidus ferre consue-  
sti. quotiens equos. quotiens emerita arma mutasti. Ve-  
niet ergo tempus quo posteri uisere: uisendum tradere  
minorib; suis gestient: quis sudores tuos hauserit cam-  
pus: quæ refectiōes tuas arbores: quæ somnū saxa præ-  
texerint: quod deniq; tectum magn; hospes impleueris  
ut tunc ipsi tibi ingentiū ducū sacra uestigia iisdem in  
locis monstrabant. Verum hæc olim: impræsentia quidē  
quisq; paulo uetustior miles: hic te cōmilitone censeat.  
quotus .n. quisq; cui; tu nō ante cōmilito q̄ imperator;  
Inde est qđ prope oēs noīe appellas: qđ singulorū fortia

facta cōmemoras. hęc habēt adnumerāda tibi pro rep.  
uulnera : qbus statim laudator & testis contigisti. Sed  
magis prædicāda moderatio tua: qđ inutritus bellicis  
laudibꝫ pacem amas: nec qa uel pater tibi triūphalis uel  
adoptiōis tuæ die dicata capitolino Ioui laurꝫ : idcirco  
ex occasione oī quæris triūphos . Non times bella nec  
puocas. Magnū est Impator Auguste magnū est stare  
in danubii ripa si trāseas certum triūphi: nec decertare  
cupere cū recusantibꝫ : Quorꝫ alterum fortitudine: alte  
rum moderatione efficit . Nam ut ipse nolis pugnare  
moderatio: fortitudo tua præstat ut neq; hostes tui ue  
lint . Accipiet & ergo aliquādo capitolium non inimicos  
currꝫ . nec falsæ simulacra uictoriæ: sed impatore uerā  
ac solidā gloriam reportante tranquillitatem : & tamen  
cōfessa hostiū obsequia: ut uincendus nemo fuerit. pul  
chriꝫ hoc oībus triūphis: neq; .n. unq̄ nisi ex cōtemptu  
imperii nostri factū est ut uiceremus. Quod si quis bar  
barus rex eo insolentiæ furorisq; pcesserit : ut iram tuā  
indignationeq; mereat: næ ille siue interfuso mari. seu  
fluminibus imensis. seu præcipiti monte defendit: oīa  
hęc tam prona tamq; cedentia uirtutibus tuis sentiet  
ut subsedisse montes: flumina exaruisse : interceptum  
mare: illatasq; sibi non classes nostras: sed terras ipsas  
arbitret . Videor iam cernere non spoliis prouinciæ: &  
extorto focis auro : sed hostibus armis captorꝫq; regū  
cathenis triumphū grauem . Videor ingentia ducum  
nomina nec indecora noibus corpora uocitare. Videor  
intueri in manibus sequentē: mox ipsum te sublimem  
instantemq; curru domitarꝫ gentium tergo: ante currū  
autem clipeos : quos ipse perfoderis . Nec tibi opima

*Ortuus*



10  
defuerint: si quis regum uenire in manus audeat: nec  
modo tælorum tuorum: sed etiam oculorum minarūq;  
coniectum toto campo totoq; exercitu opposito perhor  
rescat. Meruisti proxima moderatione: ut quādocūq; te  
uel inferre uel propulsare bellum coegerit impii digni  
tas: non ideo uicisse uidearis: ut triumphares: sed trium  
phare quia uiceris. Aliud ex alio mihi occurrit. quam  
speciosum est enim quod disciplinā castrorum lapsam  
extinctāq; refouisti. depulso prioris sæculi malo. iertia.  
& cōtumacia. & dedignatione parendi. Tutum est reue  
rentiam. tutum caritatem mereri: nec ducum quisquā  
aut non amari a militibus: aut amari timeret. & inde of  
fensæ gratiæq; pariter securi instant operibus: adsunt  
exercitationib?: arma mœnia uiros aptant: quippe non  
is princeps qui sibi imminere: sibi intendi putet: quod in  
hostes paretur. quæ persuasio fuit illorū: qui hostilia cū  
facerent: timebāt. Eodem ergo tēpore militaria studia:  
nec animos modo: sed & corpora ipsa languescere: gla  
dios etiam incuria hebetari retundiq; gaudebāt. duces  
porro nostri non tam regum cæterorū: quam suorum  
principū insidias: nec tam hostium: quam cōmilitonū  
manus ferrumq; metuebāt. Est hæc natura sideribus:  
ut parua & exilia ualidorum exortus obscuret. similiter  
impatoris aduentu legatorū dignitas inumbrat: tu ta  
men maior oībus quidē eras: sed sine ullius dīminutio  
ne maior. eandem auctoritatē præsentē te quisq; q̄ ab  
sente retinebat. qn etiā plerisq; ex eo reuerentia acces  
serat: qđ tu quoq; illos reuerebare. Itaq; perinde sūmis  
atq; infimis car. sic impatorē cōmilitonēq; miscueras  
ut studiū omniū laboremq; & tanq̄ exactor itenderes:

& tanq̄ p̄ticeps sociusq; releuares. Felices illos quorū fi  
des & industria nō p̄ iternūcios & it̄erpretes: sed ab ipso  
te: nec aurib; tuis: sed oculis p̄bant̄. cōsecuti sunt: ut ab  
sens quoq; de absētibus nemini magis q̄ tibi crederes.  
Iam te ciuū desideria reuocabāt: amorēq; castroꝝ sup̄a  
bat caritas patriæ: iter inde placidū ac modestū: ut pla  
ne a pace redeūtis. Nec uero ergo ī laudibus tuis ponā  
quod aduentū tuū: nō pater quisq; nō maritus expauit.  
affectata aliis castitas: tibi ingenita & īnata: interq; ea  
quæ imputare nō possis. Nullus in exigendis uehicularū  
tumultus: nullū circa hospitia fastidiū. annona quæ cæ  
teris. ad hoc comitatus accinctus & parens. diceres ma  
gnū aliquē ducē ac te potissimū ad exercitus ire. adeo  
nihil aut certe par; interer at inter imperatorē factū &  
futurū. Quā dissimilis nuper alterius p̄ncipis trāsitus:  
si tamen trāsitus ille nō populatio fuit: cū abact; hospi  
tum exerceret: oīaq; dextra leuaq; p̄usta & attrita: ut si  
uis aliqua: uel ipsi illi barbari: quos fugiebat inciderēt.  
Persuadendū puinciis erat illud iter domitiā fuisse nō  
p̄ncipis: itaq; nō tam pro tua gloria: q̄ pro utilitate cōi  
edicto subiecisti: qd̄ in utꝝq; uestꝝ esset īpensū. Ad sue  
scat̄ ip̄ator cū impio calculū ponere. sic exeat: sic redeat  
tanq̄ rationē redditur;: edicat qd̄ absumpserit: ita fiet:  
ut nō absumat qd̄ pudeat dicere. Præterea futuri p̄nci  
pes uelint: nolint: sciāt tantū cōstat: p̄positisq; duobus  
exēplis meminerit p̄de cōiecturā de morib; suis hoīes  
esse facturos: p̄ut hoc uel illud elegerint. Nōne his tot  
tantisq; meritis nouos aliquos honores: nouos titulos  
merebare: at tu ēt nomē patris patriæ recusabas. Quā  
longa nobis: cū modestia tua pugna: quā tardē uicim;.  
Nomē illud qd̄ alii primo statī p̄ncipat; die imperato

11  
ris & Cæsaris receperunt: tu usq; eo distulisti: donec tu  
quoq; beneficior; tuor; parcissim; æstimator iã te mere  
ri fatereris. Itaq; soli oïum cõtigit tibi ut pater patriæ  
esses ateq; fieres. eras. n. in aïs iudiciis nostris: nec pu  
blicæ pietatis itererat qd uocarere nisi qd ingrata sibi  
uidebat: si te impatorê poti; uocaret & cæsarê: cū patrê  
expiret. Qd qdê nomê qua benignitate: qua idulgêtia  
exerces: ut cū ciuibus tuis quasi cū liberis parês uiuis.  
Ut reuersus ipator q priuat; exieras: agnoscis agnosce  
ris: eosdem nos eundê te putas: par oib;: & hoc tantû cæ  
teris maior quo melior. Ac primû q dies ille quo expe  
ctat; desiderat; q; urbê tuã igressus es. Iã hoc ipsû qd  
ingressus es: q; mir; lætûq;: nã priores iuehi & iportari  
solebãt nō dico quadriiugo curru & albëtibus eqs: sed  
humeris hominû: qd arrogãti; erat. Tu sola corporis p  
ceritate elatior aliis & excelsior: nō de patientia nostra  
quedã triûphû: sed de supbia principû egisti. Ergo non  
ætas queq; nō ualitudo nō sexus retardauit: quominus  
oculos insolito spectaculo implet. Te puuli noscere: ostê  
tare iuuenes: mirari senes: ægri quoq; neglecto medetiû  
impio ad conspectû tui: quasi ad salutê sanitatêq; pre  
pere. Inde alii se satis uixisse te uiso te recepto: alii nûc  
magis esse uiuêdû prædicabãt. Feminas êt tûc fæcûdi  
tatis suæ maxia uoluptas subit: cū cerneret cui præcipi  
tiues: cui ipatori milites pepissent. Videres referta te  
cta: ac laborãtia: ac ne eû qdê uacantê locû: qui nō nisi  
suspensû & instabile uestigiû caperet: oppletas ûdiq; ui  
as: agustûq; tramitê relictû tibi alacrê hîc atq; inde po  
pulû: ubiq; par gaudiû parêq; clamorê. tam æqualiter  
ab oib; ex aduêtu tuo læticia pcepta é: q; oibus uenisti:  
quæ tñ ipsa cū igressu tuo creuit: ac ppe i sigulos grad;

adaucta est. Gratum erat cunctis: quod senatum osculo exci-  
peres: ut dimissus osculo fueras: gratum quod equestris  
ordinis decora honore nominum sine monitore signares } *sube*  
gratum quod tantum ultro clientibus salutatis quasdam } *norm*  
familiaritatis notas adderes: gratum tamen quod sensim  
& placide: & quantum respectantium turba pateret incede-  
res: quod occurrentium populus te quoque: te imo maxime  
astaret: quod primo statim die latus tuum crederes omnibus  
neque. non stipatus satellitum manu: sed circumfusum undique:  
nunc senatus: nunc equestris ordinis flore: prout alterutrum  
frequentiae genus iualuisset: silentes quosque lictores tu-  
os subsequere. nam milites nihil a plebe hitu. tranquil-  
litate. modestia differebant. Vbi uero cepisti capitolium  
ascendere: quae laeta omnibus adoptionis tuae recordatio: quae  
culiare gaudium eorum: qui te primi eodem loco salutaue-  
runt imperatorem. quin et deum ipsum tuum praecipua uo-  
luptate operis sui percepisse credideri. Ut quidem iisdem  
uestigiis institisti: quibus parens tuus ingens illud deorum  
platurus arcanum: quae circumstantium gaudia: quae recens cla-  
mor: quae similis illi dies: qui hunc genuit die: ut plena al-  
taribus. augusta uictimis cuncta: ut in unum salute collata  
omnium uota: cum sibi se ac liberis suis intelligeret pra-  
cari: quae pro te praecarent. Inde tu in palatium quidem:  
sed eo uultu: sed ea moderatione: ut si priuata domum  
peteres: caeteri ad penates suos quisque iteraturus gau-  
dii fidem ubi nulla necessitas gaudendi est. Onerasset  
alium eiusmodi introitus: tu quotidie admirabilior &  
melior. Talis denique: quales alii principes futuros se  
tantum pollicentur. Solum ergo te commendat auget  
que temporis spacium. iunxisti enim ac miscuisti res

12  
diuersissimas securitatē olim imperantis: & incipiētis  
pudorem. Non tu ciuū amplexus ad pedes tuos depri-  
mis: nec osculū manu reddis. Manet impatori quæ pri-  
oris humanitas. incedebas pedibus: incedis. lætabaris  
labore: lætaris. eadēq; oīa illa circa te. nihil ipso te for-  
tuna mutauit. libere est ingrediēte per publicū principe  
subsistere. occurrere. comitari. præterire. Ambulas iter  
nos nō quasi contingas. & copiā tui nō ut iputes facis.  
Hæret lateri tuo quisq; accessit: finēq; sermoni su? cui  
que pudor: non tua superbia facit. Regimur qdem a te  
& subiecti tibi: sed quēadmodū legibus sumus. Nam &  
illæ cupiditates nostras libidinesq; moderant: nobiscū  
tamen & inter nos uersant. Emines: excellis: ut honor:  
ut potestas: quæ super hoīes quidē: hominū sūt tamen  
Ante te principes fastidio nostri & quodā æqualitatis  
metu usum pedū amiserāt. illos ergo humeri ceruices  
que seruoꝝ super ora nostra: te fama: te gloria: te ciuū  
pietas super ipsos principes uehunt. te ad sidera tollit  
humus: ita coīa & confusa principis uestigia. Nec ue-  
reor. P. C. ne longior uidear: cū sit maxime optandum:  
ut ea pro quibus aguntur principi gratiæ multa sint:  
quæ quidem reuerenti? fuerit integra. illibataq; cogita-  
tionibus uestris reseruari: quam carptim breuiterque  
perstringi: quia fere sequitur: ut illa quidem de quibus  
taceas: tanta q̄ta sunt: esse uideantur. Nisi uero leniter  
attingi placet locupletatas tribus datūq; congrariū po-  
pulo: & datum totum: cum donatiui partem milites ac-  
cepissent. An mediocris animi est his poti? repræsētare  
qbus magis negari pōt? Quanq̄ in hac quoq; diuersi-  
tate æqualitatis ratio seruata est: æquati sūt. n. populo

milites eo quod partem sed priores: populus militibus  
quod posterior sed totum statim accepit. Eninvero qua  
benignitate diuisum ē? quantæ curæ tibi fuit: ne quis  
expers liberalitatis tuæ fieret? Datum est his qui post  
edictum tuū in locum erasorum subditi fuerant: æqua  
tiq; sunt cæteris illi etiam quibus non erat pmissum.  
Negotiis aliquis. ualitudie alius. hic mari. ille flumini  
bus distinebatur: expectatū est pmissumq; ne quis æger  
ne quis occupatus ne quis deniq; longe fuisset. ueniret  
quisq; cum uellet: ueniret quisq; cum posset. Magnifi  
cum Cæsar & tuū disiunctissimas terras munificentia  
ingenio uelut admouere: immēsaq; spatia liberalitate  
contrahere: intercedere casibus: occurfare fortunæ: atq;  
omni ope adniti ne quis e plebe romana dante congia  
rium te hominē magis sentiret se fuisse q̄ ciuē. Aduen  
tante congiarii die obseruare principis egressum in pu  
blicum: insidere examina infantium futurusq; populus  
solebat: labor parentibus erat ostentare paruulos: impo  
sitosq; ceruicibus adulantia uerba blandasq; uoces edo  
cere. reddebant illi quæ monebant: ac pleriq; irritis pre  
cibus surdas principis aures adstrepebāt: ignariq; quid  
rogassent: quid non impetrassent: donec plane scirent:  
differebātur. Tu ne rogari quidem sustinuiſti. Et quan  
quam lætissimū oculis tuis esset conspectu romanæ so  
bolis impleri: omnes tamen ante quam te uiderent adi  
rentue: recipi incidi iussisti: ut iam inde ab infantia pa  
rentem publicū munere educationis experirētur: cresce  
rent de tuo qui crescerent tibi: alimentisq; tuis ad sti  
pendia tua pertuenirent: tantumque omnes uni tibi:  
quantum parentibus suis quisq; deberet. Recte Cæsar

Abatn  
Tuo  
q̄ cidi  
dini  
ubi  
7

13  
quod spem romani nominis sumptibus tuis suscipis.  
nullum est. n. magno principe immortalitatēq; merituro  
impēdii genus dignius: quā quod erogāt in posteros.  
Locupletes ad tollendos liberos ingētia præmia & pa-  
res pœnæ cohortant. pauperibus educandis una ratio  
est: bonus princeps. Hic fiducia sui p̄creatos nisi larga  
manu fouet: auget: amplectit̄: occasum imperii occasū  
reip. accelerat: frustra princeps plebe neglecta ut defe-  
ctū corpore caput nutaturq; instabili pondere tuetur.  
Facile est coniectare quod perceperis gaudium: cum te  
parentum. liberorum. senum. infantium. puerorū clamor  
exciperet. Hæc prima paruulorū ciuium uox aures tuas  
imbuit: quibus tu daturus alimēta hoc maximū præsti-  
tisti ne rogarent. Super omnia est tamen: quod talis es  
ut sub te liberos tollere libeat expediat: nemo iam pa-  
rens filio nisi fragilitatis humanæ uices horret: nec in-  
ter insanabiles morbos principis ira numerat̄. Magnū  
quidam est educandi incitamentum tollere liberos in  
spem alimentorū in spem congiariorū: maius tamen in  
spem libertatis in spem securitatis. Atq; adeo nihil lar-  
giatur princeps: dum nihil auferat: non alat: dum non  
occidat: nec deerūt qui filios concupiscāt. Contra largi-  
atur & auferat: alat & occidat: næ ille in tam breui tem-  
pore effecerit: ut omnes non posterorum modo: sed sui  
parentumq; pœniteat. Quo circa nihil magis in tua  
tota liberalitate laudauerim: quam quod congiarium  
das de tuo: alimēta de tuo. neq; a te liberi ciuiū ut fera-  
rum catuli sanguine & cædibus nutriunt̄. quodq; gra-  
tissimū est accipiētib?: sciūt dari sibi qđ nemini est ere-  
ptū: locupletatisq; tā multis paupiorē esse factū principē.

tantum: quanquam nec hunc quidem : nam cuius est  
quicquid est omniū : tantum ipse quantum omnes ha  
bet. Alio me uocat numerosa gloria tua: alio autē: quasi  
uero iam satis ueneratus miratusq; sim: quod tantam  
pecuniā profudisti: non ut flagitii tibi conscius ab inse  
ctatione eius auerteres famam: nec ut tristes hominū  
mœstosq; sermones lætiore materia detineres: nullam  
cōgiario culpam: nullam alimentis crudelitatem redemi  
sti: nec tibi bene faciendi fuit causa : ut quæ male fece  
ras impune fecisses: amor impendio isto: nō uenia quæ  
sita est: P. q. R. obligatus a tribunali tuo non exoratus  
recessit. Obtulisti enim congiariū gaudentib; gaudens  
securusq; securis. quodq; antea princeps ad odium sui  
leniendū tumentibus plebis animis obiectabant: id tu  
tam innocens populo dedisti: quam populus accepit. Pau  
lo minus. P. C. quinq; milia ingenuor; fuerūt quæ libe  
ralitas principis nostri conquisiuit: inuenit: adsciuit: hi  
subsidiū bellorum ornamentū pacis publicis sumpti  
bus aluntur: patriamq; non ut patriam tantum: uerum  
ut altricē amare condiscunt. Ex his castra. ex his tribus  
replebunt; ex his quādoq; nascentur quibus alimentis  
opus non sit. Dent tibi cæsar ætatem dii quā mereris:  
seruentq; animum quem dederunt . & quanto maiore  
infantium turbam iterum atq; iterum uidebis incidi:  
augetur enim quotidie & crescit: non quia cariores pa  
rentibus liberi: sed quia principi ciues: dabis congiaria  
si uoles: illi tamen propter te nascuntur. Instar ego per  
petui congiarii reor affluentia annonæ huius aliquādo  
cura Pompeio nō minus addidit gloriæ: q̄ pulsus ambi  
tus campo: exact; hostis mari: oriens triūphis occidēsq;

7 u  
52  
alio  
fol

anone  
stium  
p. pricipi



lustratus . Nec uero ille ciuilius quam parens noster :  
 auctoritate . cōsilio . fide reclusit uias : portus patefecit :  
 itinera terris littorib? mare littora mari reddidit : diuer  
 sasq; gentes ita cōmercio miscuit : ut quod genitū esset  
 usquā : id apud omnes natū esse uideretur . Non ne cer  
 nere datur : ut sine ullius iniuria oīs usibus nostris an?  
 exuberet : quippe non ut ex hostico raptæ perituræq; in  
 horreis messes nequicquā queritantib? focus auferunt  
 deuehūt ipsi quod terra genuit : quod sidus aluit : quod  
 annus tulit : nec nouis indictionib? pressi ad uetera tri  
 buta deficiūt . Emit fiscus qcquid uidetur emere . inde  
 copiæ . inde anona de qua inter licentē uendentēq; con  
 ueniat : inde hic satietas : nec fames usq; . Aegyptus alen  
 dis augēdisq; seminibus ita gloriata est : ut nihil imbri  
 bus cæloq; deberet : si quidē proprio semper amne per  
 fusa : nec alio genere aquarū solita pinguescere : quam  
 quas ipse deuexerat : tantis segetibus induebatur : ut cū  
 feracissimis terris quasi nunquā cessura certaret . hæc  
 inopina sicitate usq; in iniuriā sterilitatis exaruit : quia  
 piger nilus cūctanter alueo sese ac languide extulerat :  
 ingentibus quoq; tunc quidē ille fluminibus confere  
 dus . hinc pars magna terrarū mergi palanti amne con  
 fuenta alto puluere incanduit . frustra tunc ægyptus nu  
 bila optauit : cælumq; respexit : cum ipse fœcunditatis  
 parens contractior & exilior uis dem ubertatis eius an  
 gustius quibus abundantia suam cohibuisset . Neque  
 enim solum uagus ille expanditor amnis intra usurpa  
 ta semper collium substiterat atque hæserat : sed supi  
 no etiam ac detinēti solo non placido se molliq; lapsu  
 refugum abstulerat : nec dum satis humentes terras

addiderat arenis . Igitur inundatione idest uberta  
te regio fraudata sic opem Cæsaris inuocauit : ut solet  
annem suū: nec longius illi aduersorū fuit spacium q̄  
dum nunciat. Tam uelox Cæsar potentia tua est: tamq;  
in omnia pariter intēta bonitas & accincta: ut tristius  
aliquod sæculo tuo passis ad remediū salutēq; sufficiat  
ut scias. Omnibus equidē gentibus fertiles annos gra  
tasq; terras precor: crediderim tamen per hunc ægypti  
statum tuas fortunā uires experiri: tuamq; uigiliā  
expectare uoluisse. Nam cū omnia ubiq; secunda mere  
aris: nonne manifestū est: si qđ aduersi cadat: tuis laudi  
bus tuisq; uirtutibus materiem campūq; prosterni: cū  
secunda felices: aduersa magnos probent. Percrebuerat  
antiquus urbem nostram nisi opibus ægypti ali susten  
tariq; non posse: supbiebat uentosa & insolēs natio: qđ  
uictorem quidem populū pasceret tamen: quodq; i suo  
flumine in suis manib; uel abūdantia nostra uel fames  
esset. Refudim; nilo suas copias: recepit frumenta quæ  
miserat: deportatasq; messes reuexit. Discat igit̄ ægyp  
tus: credatq; expimento: non alimenta se nobis sed tri  
buta præstare: sciat se nō esse. P. R. necessariā: & tamen  
seruiat. Posthæc si uolet nilus amet alueum suum : &  
fluminis modū seruet. nihil hoc ad urbē: ac ne ad ægyp  
tum quidē: nisi ut inde nauigia inania & uacua & simi  
lia redeuntibus: hinc plena & onusta & qualia solent ue  
nire mittant; cōuersorq; munere maris hinc potius uēti  
ferentes & breuis cursus optentur. Mirum cæsar uidere  
tur si desidem ægyptū cessantemq; nilum non sensisset  
urbis ānona: quæ tuis opibus tua cura usq; illuc redun  
dauit: ut simul probaret; & nos ægypto posse: & nobis

Ægypto

13  
ægyptum carere non posse. Actum erat de fœcūdiſſimā  
gente ſi libera fuiſſet: pudebat ſterilitatis inſolitæ: nec  
minus erubeſcebat fame: quam torquebat: cum pariter  
a te neceſſitatibꝫ eius pudoriqꝫ ſubuentū eſt. Stupebant  
agricolæ plena horrea: quæ nō ipſi referſiſſent. quibus  
de campis illa ſubuecta meſſis: quæ in ægypti parte  
alius ānus. Ita beneficio tuo nec maligna tellus: & ob  
ſequens nilus ægypto quidem ſæpe: ſed gloriæ noſtræ  
nunquam largior fluxit. Quam nunc iuuat prouincias  
omnes in fidem noſtrā dicionemqꝫ ueniſſe: poſtquam  
contigit princeps terrarꝫ: qui fœcunditatē nunc huc  
nunc illuc: ut tempus & neceſſitas poſceret: tranſſerret  
referretqꝫ: qui diremptam mari gentem ut partem ali  
quā populi plebiſqꝫ romanæ aleret ac tueretur. Et cælo  
quidem nunqꝫ benignitas tanta ut omnes ſimul terras  
uberet foueatqꝫ: hic omnibus pariter ſi non ſterilitatē:  
at mala ſterilitatis exturbat. hic ſi non fœcunditatē: at  
bona fœcunditatis importat. hic æternis cōmeatibus  
orientem occidentēqꝫ cōnectit: ut quæ feruntur: quæqꝫ  
expetuntur: omnes gentes & diſcant: inuicem capiant:  
quanto libertate diſcordi ſeruiantibꝫ ſit utilius unum  
eſſe cui ſeruiant. Quippe diſcretis quidē bonis omniū  
ſua cuiuſqꝫ ad ſingulos mala: ſociatis autem atqꝫ per  
mixtis ſinguloꝝ mala ad neminē: ad oēs omnia bona  
pertinent. Sed ſiue terris diuinitas quædā: ſiue aliquis  
amniꝫ genius: & ſolum illud & flumen ipſum precor:  
ut hac principis benignitate contentum molli gremio  
ſemina recondat: multiplicata reſtituat: non equidem  
repoſcimus fœnus: putēt tamen eſſe ſoluendū: fallacem  
que unius anni fidem omniꝫ annis omnibuſqꝫ poſtea

*etaculu*  
*matu*  
*in vita*  
*col d'm*  
*Andea*  
*orig.*  
3  
32  
nunc

sæculis tanto magis: quia non exigimus: excuset. Satis factum: qua civium: qua sociorum utilitatibus. Visum est spectaculum inde non enerue: nec fluxum: nec quæ aîos uiroꝝ molliret & frangeret: sed quod ad pulchra uulnera contempitumque mortis accenderet: cum in seruoꝝ et noxiõꝝ que corporibus amor laudis & cupido uictoriæ cernere tur. Quam deinde in edendo liberalitatẽ: quã iusticiã exhibuit: omni affectione: aut intactus: aut maior. Impetratum est quod postulabat: oblatum quod non postulabatur. institit ultro: & ut concupiscerem? admonuit. Ac sic quoque plura inopinata: plura subita. Iam quæ libera spectantium studia: quæ securus fauor. Nemini impietas ut solebat obiecta: quod odisset gladiatorẽ. nemo spectator spectaculum factus miseras uoluptates unco & ignibus expiauit. Demens ille uerique honoris ignarus: qui crimina maiestatis in arena colligebat: ac se despici & contemni: nisi etiam gladiatores eius ueneremur. sibi maledici: in illis suam diuinitatẽ: suum numen uiolari interpretabatur cum se idem quod deos: idem gladiatores quod se putabat. At tu Cæsar quæ pulchre spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti. uidimus delatorum iudicium quasi grassatorum: quasi latronum. non solitudinẽ illi nouiter: sed templum sed foris infederant. nulla iam testameta securam nullus status certus: non orbitas: non liberi proderant. Auxerat hoc malum principum auaricia. Aduertisti oculos atque ut ante castris: ita postea pacẽ foro reddidisti. excidisti intestinum malum: & prouida seueritate cauisti: ne fundata legibus ciuitas euersa legibus uideret. licet ergo cum fortuna tua liberalitas tua uisenda nobis præbuerit: ut præbuit nunc ingentia robore uiroꝝ & pares aîos:

16  
nunc imanitatem ferarum: nunc mansuetudinē incogni-  
tam: nunc secretas illas & arcanas ac sub te primū cōes-  
opes: nihil tamen gratius nihil sæculo dignius: quā quod  
cōtingit desup̄ intueri delatorū supina ora: retortasq; cer-  
uices agnoscebam? & fruebamur: cum uelut piaculares  
publicæ sollicitudis uictimæ supra sanguinē noxiōrū ad  
lenta supplicia grauioresq; poenas ducerent. Congesti  
sunt in nauigia raptim conq̄sita ac tēpestatibus dediti:  
abirent: fugerentq; uastatas delationib; terras ac si quē  
fluctus ac procellæ scopulis reseruassēt: hic nuda saxa &  
inhospitale littus incoleret: ageret durā & anxīā uitā:  
relictāq; post tergū totius generis humani securitate  
moereret. Memoranda facies delatorū classis permitta  
omnibus uentis: coacta q; uela tēpestatibus pandere: ira-  
tosq; fluctus sequi quoscūq; in scopulos detulissent. Iu-  
uabat p̄spectare statim a portu sparsa nauigia: & apud  
illum ipsum mare agere principi gratias: qui clāmētia  
sua salua ultionem hominum terrarūq; diis maris com-  
mendasset. Quantū diuersitas temporū posset tum ma-  
xime cognitum est: cum iisdem quibus antea cautibus  
innocētissimīs quisq; tunc nocentissimū adfigeret: cūq;  
insulas omnes quas modo senatorū iam delatorū turba  
compleret: quos quidem non in præsens tantum: sed in  
æternum repressisti mille pœnarū indagine inclusos ere-  
ptum alienas pecunias eūt: perdant quas habent. expel-  
lere penatibus gestiunt: suis exturbent: neq; ut antea:  
exanguem illam & ferream frontem nequicq; conuulne-  
randam præbeant punctis: & notas suas rideant: sed  
spectent paria præmio damna nec maiores spes quam  
metus habeant: timeantq; quātum timebant. Ingenti

quidem animo diuus Titus securitati nostræ ultioniq;  
p̄pexerat: ideoq; numinib; æquatus est. sed quanto tu  
quandoq; dignior cælo: qui tot res illi adiecisti: p̄pter  
quas illū deum fecim;. Id hoc magis arduū fuit: quod  
impator Nerua te filio te successore dignissim;: p̄ quē  
magna quædā edicto Titi adstruxerat: nihilq; reliq̄sse  
tibi uidebat;: qui tam multa excogitasti: ut si ante te ni  
hil esset inuentū. Quæ singula q̄tum tibi gratiæ dispē  
sata adiecissent. at tu simul oīa perfudisti: ut sol & dies  
nō parte aliqua: sed statim totus: nec unī aut alteri: sed  
omnibus in cōe profertur. Quā iuuat cernere ærarium  
silens & quietū: & quale ante delatores erat. nunc tem  
plum illud: nūc uere deus: nō spoliariū ciuium: cruenta  
rumq; prædarum sæuum receptaculū: ac toto in orbe  
terrar; adhuc locus unus in quo optimo principe boni  
malis impares essent. Manet tamen honor legū: nihil  
que ex publica utilitate cōuulsū. nec pœna cuiquam  
remissa: sed addita est ultio: solumq; mutatū quod iam  
non delatores sed leges timent;. At fortasse non eadem  
seueritate fiscum qua ærarium cohibes. immo tanto  
maiore: quāto plus tibi licere de tuo: quam de publico  
credis. Dicitur actori atque etiam p̄curatori tuo in ius  
ueni: sequere ad tribunal: nam tribunal quoq; excogita  
tū cruciatui est par cæteris: nisi illud litigatoris ampli  
tudine metiaris. Sors & urna fisco iudicem assignat.  
licet reuicere: licet exclamare hunc nolo: timidus est: &  
bona sæculi parum intelligit. illum nolo quia Cæsare  
fortiter amat. Eodem foro utūtur principat; & libertas  
Quæ præcipua tua gloria est: sæpius uincit; fiscus: cuius  
mala causa nunquā est nisi sub bono principe.

hoc meritū maius illud: quod eos procuratores habes: ut plæq; ciues tui non alios iudices malint. liber est autem discriminis: nolo eum eligere. neq; enim ullam necessitatē muneribus tuis addis: ut qui scias hanc esse beneficiorū principalium summam: si illis & nō uti licet. Onera imperii plæraq; uestigalia institui: ut pro utilitate communi ita singulorū iniuriis cogerentur. His uigesima reperta est: tributum tolerabile & facile hæredibus dūtaxat extraneis: domesticis graue. Itaq; illis irrogatum est: his remissum: uidelicet quod manifestū erat quanto cum dolore laturi seu potius non laturi hoies essent destringi: aliquid & abradi bonis: quæ sanguine gentilitate sacrorum deniq; societate meruissent: quæ que nunquam ut aliena & speranda: sed ut sua sempq; possessa: ac deinceps pximo cuiq; trāsmittēda cepissent. Hæc māsuetudo legis ueteribus ciuibus seruabat̃ noui seu per latium in ciuitate: seu beneficio principis uenissent: nisi simul cognationis iura impetrassent: alienissimi habebant̃ quibus cōiunctissimi fuerāt. Ita maximū beneficiū uertebatur in grauissimā iniuriam: ciuitasq; romana instar erat odii & discordiæ & orbitatis: cum carissima pignora salua ipsorum pietate distraheret. In ueniebant tamen: quibus tantus amor nominis nostri inesset: ut romanā ciuitatem non uigesimæ modo: uerū etiam affinitatū damno bene compensari putarent. sed his maxime debebat gratuita contingere: a quibus tam magno æstimabat̃. Igitur pater tuus sanxit: ut quod ex matris ad liberos: ex liberorū bonis puenisset ad matrē: etiam si cognationū iura non recepissent: cum ciuitatē adipiscerent: eius uigesimā ne darent. Eandē imunitatē

in paternis bonis filio tribuit : si modo reductus esset in  
patris potestatem: ratus improbe & insolenter ac pene im-  
pie his nominibus inferi publicanum: nec sine pia cula quo-  
dam sanctissimas necessitudines uelut intercedente uige-  
sima scindi. nullum esse tanti uectigal quod liberos ac pa-  
rentes faceret extraneos. Hactenus ille parcus fortasse  
quam decuit optimum principem: sed non parcus quam optimum  
patrem: qui adoptaturus hoc quoque parentis indulgentissi-  
mi fecit: quod delibasset quaedam seu potius demonstrasse  
contentus largam ac prope intactam benefaciendi mate-  
riam filio reseruauit. Statim ergo muneri eius liberali-  
tas tua astruxit: ut quemadmodum in patris filius: sic in  
hereditate filii pater esset immunis: nec eodem momen-  
to quo pater esse desisset: hoc quoque amitteret quod fuis-  
set. Egregie Cæsar quod lachrymas parentum uectigales  
esse non pateris. Bona filii pater sine diminutione possi-  
deat: nec socium hereditatis accipiat: qui non habet luctus.  
nemo recentem & attonitam orbitatem ad computationem  
uocet: cogatque patrem quid reliquerit filius scire. Augeo  
P. C. principis munus: cum ostendo liberalitati eius in  
esse rationem. ambitio enim & iactantia & effusio & quod  
uis potiusquam liberalitas existimanda est: cui ratio non  
constat. Dignum ergo imperator mansuetudine tua mi-  
nuere orbitatis iniurias: nec pati quemquam filio amisso in  
super affici alio dolore. sic quoque abunde misera res est  
pater filio solus hæres: quid si cohæredem non a filio  
accipiat? Adde quod cum diuus Nerua sanxisset: ut in  
paternis bonis liberi necessitate uigesimalæ soluerentur:  
congruus erat eandem immunitatem parentes in libero-  
rum bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor

gata



13  
quam maioribus haberetur? curue non retro quoque re-  
curreret æquitas eadem. Tu quidem Cæsar illam exce-  
ptionem remouisti: si modo filius in potestate patris  
fuiſſet: intuitus opinor uim legemque naturæ: quæ sem-  
per in ditione parentum eſſe liberos iuſſit: nec uti inter  
pecudes: ſic inter homines potestatem & imperiū ualen-  
tioribus dedit. Nec uero contentus primum cognatio-  
nis gradum abſtuliffe uigeſimæ: ſecundum quoque exe-  
mit: cauittque ut in ſororis bonis frater: & contra in fra-  
tris ſoror: utque auus auia in neptis nepotiſque: & inui-  
cem illi ſeruarentur immunes. Hiſ quoque quibus per latiū  
ciuitas romana patuiſſet: idem indulſit. oibusque inter  
ſe cognationū iura communi ſit ſimul & pariter: & mo-  
re naturæ: quæ priores præcipue a ſingulis rogari geſtie-  
bant: non tam præſtandi animo quam negandi. Ex quo  
intelligi poteſt quantæ benignitatis quāti ſpiritus fue-  
rit ſparſas atque ut ita dicam laceras gentilitates colli-  
gere atque connectere & quaſi renaſci iubere: deſerre quod  
negabatur: atque id præſtare cunctis: quod sæpe ſinguli  
non impetraſſent. Poſtremo ipſum ſibi eripere tot bene-  
ficiorum occaſiones: tam numeroſam obligandi impu-  
tandi que materiam. indignum credo ei uiſum ab homi-  
ne peti quod dii dediſſent. Sorores eſtis & frater: auus  
& nepotes. quid eſt ergo cur egetis ut ſitis uobis eſtis.  
Qui pro cætera ſua moderatione non minus inuidio-  
ſum putat dare hæreditatem: quam auferre. Læti ergo  
adite honores: capeſſite ciuitatem. neminem hoc ne-  
ceſſitudinis abruptum uelut truncum amputatumque  
deſtituet. iuſdem omnes quibus ante pignoribus: ſed  
honeſtiores perfruentur. Ac ne remotus quidem iamque

deficientis affinitatis gradus a qualibet quantitate uigesimali inferre cogetur. statuit enim cōmuni omnium parens summam: quæ publicanū pati possit. Carebit onere uigesimali parua & exilis hæreditas. & si ita gratus hæres uolet: tota sepulchro tota funeri seruetur: nemo obseruator nemo castigator adsistet. Cuiuscunque modi ea pecunia ex hæreditate alicuius obuenerit: securus habeat quietusque possideat. Ea lex uigesimali dicta est: ut ad periculum eius perueniri nisi opibus non possit. conuersa est iniquitas in gratulationem. iniuria in uotum. optat hæres ut uigesimali debeat. Additum est: ut qui eiusmodi ex causis in idem edicti uigesimali deberent: nõdum tamen intulissent: non inferrent. At in præteritum subuenire: ne dii quidem possunt: tu tamen subuenisti cauistique: ut desineret quisque debere: quod nõ esset postea debiturus. Idem fecisti ne malos principes habuissemus: quo ingeniosi natura pateretur. quam libenter tot spoliatis tot trucidatis sanguinẽ & bona refudisses. Vetuisti exigi quod deberi non tuo sæculo cœperat. Alius ut contumacibus irasceretur: tarditatẽque soluendi dupli uel & quadrupli irrogatione multaret. tu nihil referre iniquitatis existimas: exigas quod deberi non oportuerit: an constituas ut debeat. Feres Cæsar curam & sollicitudinẽ consularum. nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse: donatiuũ reddidisse: congiariũ obtulisse: delatores abegisse: uectigalia tẽperasse: interrogandũ uideris satis ne computaueris imperii redditus: an tantas uires hẽat frugalitas principis: ut tot impendiis tot erogationibus sola sufficiat. Nam quid est causæ: cur aliis quidẽ cum

omnia raperent & rapta retinerent : ut si nihil rapuissent: defuerint omnia: tibi cum tam multa largiaris: & nihil auferas: omnia supersint? Nunquam principibus fisci contumaciter adessent. & erant principes ipsi sua sponte auidi & rapaces: & quae magistris non egerent: plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt. sed ad tuas aures cum caeteris omnibus: tum uel maxime auaris adulationibus obstructus est aditus. Silent ergo & quiescunt: & postquam non est cui suadeatur: qui suadeant non sunt: quo euenit: ut tibi cum plurimum pro tuis: tum pro nostris moribus debeamus. Locupletabant & fiscum & aërium non tam Voconiae & Iuliae leges: quam maiestatis singulare & unicum crimen eorum qui crimine uacarent. huius tu metum penitus sustulisti contentus magnitudine: qua nulli magis caruerunt: quam qui sibi maiestatem uindicebant. Reddita est amicis fides: liberis pietas: obsequium seruis: uerentur & parent: & dominos habent. non enim iam serui principis nostri amici: sed nos sumus. nec pater patriae alienis se mancipiis cariorem quam ciuibus suis credit. omnis accusatore domestico liberasti: unoque salutis publicae signo illud: ut sic dixerim: seruile bellum sustulisti: in quo non minus seruis quam dominis praestitisti. hos enim securos: illos bonos fecisti. Non uis interea laudari: nec fortasse laudanda sint: grata sunt tamen recordantibus principem illum in capita dominorum seruos subornatam: monstrantemque crimina: quae tanquam delata puniret: magnum & ineuitabile ac totiens cuique experiendum malum: quotiens quisque

similes principi seruos hēret. In eodem genere ponendū  
est quod testamenta nostra secura sunt: nec unus omni  
um nūc quia scriptus hāeres: non tu falsis non tu iniquis  
tabulis aduocaris. nullius ad te iracūdia: nullius impie  
tas: nullius furor confugit: nec quia offendit alius nun  
cuparis: sed quia ipse meruisti. Scriberis ab amicis: ab  
ignotis præteriris: nihilque inter priuatum & principē  
interest: nisi quod nunc a pluribus amaris: nā & plures  
amas. Tenes Cæsar hunc cursum: & probatur experi  
mento: sit ne feracius & uberius non ad laudem modo:  
sed ad pecuniam principi: si hærede illo mori homines  
uelint: quam si cogantur. Donauit pater tuus multa:  
& ipse donasti: cesserit parum gratus: manent tamen ii  
qui bonis eius: nihilque ex illis ad te nisi gloria redit.  
nam liberalitatem iocundiores debitor gratus: clario  
rem ingratus facit. Sed quis ante te laudem istam pe  
cuniæ prætulit? quotus quisque principum ne id quidem  
in patrimoniis nostris suum duxit. quod esset de suo?  
nonne ut regum: ita Cæsarum munera illitos cibus  
hamos: opertos præda laqueos æmulabantur? cum pri  
uatis facultatibus uelut hausta & multiplicata retro se  
cum quicquid attigerant referrent. Quam utile est ad  
usum secundorum per aduersa uenisse. Vixisti nobis  
cum: periclitatus es: timuisti quæ tunc erat innocenti  
um uita: scis & expertus es quantopere detestentur  
malos principes etiam qui malos faciunt. meministi  
quæ optare nobiscū: quæ sis queri solitus. Nā priuato  
iudicio principē geris. meliorē immo te præstas: quā tibi  
alium precabare. Itaque sic imbuti sumus: ut quibus erat  
sūma uotoꝝ melior pessimo princeps: iā nō possim? nisi

optimū ferre. Nemo est ergo tam tui tam ignarus sui: ut locum ipsum post te concupiscat. facilius est ut esse aliquis successor tuus possit: quā ut uelit. quis. n. curæ tuæ molem sponte subeat? quis cōparari tibi non reformidet? Expertus & ipse es q̄ sit onerosū succedere bono principi: & afferebas excusationē adoptati. An prona paruaq; sunt ad æmulandū quod nemo incolumitatē turpitudine repēdit? Salua est omnib; uita & dignitas uitæ: nec iam considerat? ac sapiens qui ætatem in tenebris agit. Eadem quippe sub principe uirtutib; præmia quæ in libertate. nec benefactis tantum ex conscientia merces. Amas constantiam ciuium: rectosq; ac uiuidos animos non: ut alii: contundis ac deprimis: sed foues & at tollis. Prodest bonos esse: cum sit satis abundeq; si non nocet. His honores. his sacerdotia. his puincias offers: hi amicitia tua hi iudicio florent. acuuntur isti integritatis & industriæ pretio: similes dissimiles alliciuntur nam præmia bonorū malorūq; bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio ualent: ut non turpe honestūq; pro ut bene ac secus cessit: expetant fugiantue: cæteri ubi laboris inertix uigilantiæ somno frugalitatis luxuriæ merces datur: eadem ista quibus alios artibus assecutos uident confectant: qualesque sunt illi: tales esse & uideri uolunt: & dum uolunt fiunt. Et priores quidem principes excepto patre tuo præterea uno aut altero: & nimis dixi: uitis potius ciuium quam uirtutib; lætabantur: primum quod in alio sua quemq; natura delectat: deinde quos patientiores seruitutis arbitrabant: quos non deceret esse nisi seruos: horum in sinum omnia congeriebāt: bonos autem otio aut situ obstrusos & qua

si sepultos nõ nisi delationib? & periculis in lucẽ ac diẽ  
proferebant. Tu amicos ex optimis. & hercule æquũ est  
esse eos carissimos bono principi : q̄ inuisi malo fuerit.  
Scis ut sicut diuersa natura domiatio & principat? ita  
non aliis esse principẽ gratiorem: q̄ qui maxie dominũ  
grauent. Hos ergo p̄uehis & ostentas quasi specimen  
& exẽplar: quæ tibi secta uitæ: qđ hominũ gen? placeat.  
& ideo non censurã adhuc nõ præfecturã mox recepisti  
q̄ tibi beneficiis potius q̄ remediis ingenia nostra exp̄i  
ri placet. & alioqn nescio an plus morib? conferat prin  
ceps: qui bonos esse patitur : q̄ qui cogit. Flexibiles quã  
cunq; in partem ducimur a principe: atq; ut ita dicam:  
sequaces sumus. huic. n. cari: huic probati esse cupimus  
quod frustra sperauerũt dissimiles. eoq; obsequii conti  
nuatione puenimus : ut prope omnes homines unius  
moribus uiuamus . porro non tam sinistre constitutũ  
est : ut qui malum principem possumus : bonum non  
possimus imitari. Perge modo Cæsar: & uim effectum  
que censuræ tuum propositum tui actus obtinebunt .  
nam uita principis censura est: eaque perpetua: ad hanc  
dirigimur: ad hanc cõuertimur: nec tam imperio nobis  
opus est : quã exemplo. quippe infidelis recti magister  
est metus: melius homines exemplis docentur: quæ in  
primis hoc in se boni habent: quod approbãt quæ præ  
cipiunt fieri posse. Et quis terror ualuisset efficere quod  
reuerentia tui effecit . obtinuit aliquis: ut spectaculum  
pantomimorũ po . ro. tolli pateretur: sed non obtinuit  
ut uellet: rogatus es tu quod cogebat alius : cœpitque  
esse beneficiũ quod necessitas fuerat . neque enim a te  
minore contentu ut tolleres pantomimos: quã a patre

tuo ut restitueret exactum est. Vtrunq; recte : nam & restitui oportebat quos sustulerat malus princeps : & tolli restitutos . In his enim quæ a malis bene fiunt : hic tenendus est modus ut appareat auctorem : non displicuisse factum. Idem ergo populus ille aliquando scænici impatoris spectator & applausor nunc in pantomimis quoq; aduersatur & damnat effœminatas artes: & indecora sæculo studia. Ex quo manifestū est principū disciplinam capere hæc uulgus: cum rem si ab uno fiat seuerissimā fecerit omnes. Macste hac grauitatis gloria Cæsar qua consecutus es: ut quod antea uis & imperiū: nunc mores uocarent . Castigauerūt uitia sua ipsi qui castigari merebant : iidemq; emēdatores qui emendādi fuerunt. Itaq; nemo de seueritate tua queritur: & liber est queri. Sed cum ita cōparatum sit: ut de nullo min⁹ p̄cipe querant hoies q̄ de quo maxime licet: tamen in sæculo nihil est quo non omne hominū genus lætet & gaudeat: boni p̄uehunt: mali qui ē tranquillissim⁹ status ciuitatis nec timent: nec timent . Mederis errorib⁹ sed īplorātibus oībusq; quos bonos facis hāc astruis laudē ne coegisse uidearis. Quid uitā: qd mores iuuētutis: q̄ principaliter formas: quē honorē dicendi magistris: q̄ dignitatē sapientiæ doctoribus habes: ut sub te spiritū & sanguinē & patriam receperūt studia quæ priorū temporū īmanitas exiliis puniebat: cū sibi uitioꝝ oīum conici⁹ princeps inimicas uituis artes nō odio magisq; reuerētia relegaret. At tu easdē artes in cōplexu oculis auri b⁹ hēs. præstas. n. quæcūq; præcipiūt. tātūq; eas diligis q̄tū ab illis p̄baris. An q̄s q̄ studia humanitatis p̄fessus nō cū oīa tua: tū uel ī primis laudib⁹ ferat admissionū

tuarū facilitatem? Magno quidem animo parens tuus  
hanc ante hos principes arcem publicarū ædium nomīe  
inſcripſerat: fruſtra tamen: niſi adoptaſſet qui habitare  
ut in publicis poſſet. Quā bene cum titulo iſto morib?  
tuis conuenit: quanq̄ omnia ſic facis tanquā non alius  
inſcripſerit. Quod, n. forum? quæ templa tam reſerata?  
nō capitoliū ipſaq; illa adoptionis tuæ ſedes magis pu  
blica magis omniū . Nullæ obices: nulli contumeliarū  
gradus: ſupatīſq; iam mille liminib? ultra ſemp aliqua  
dura & obſtantia . Magna ante te: magna poſt te: iuxta  
tamen maxima quies. tantū ubiq; ſilentium: tam altus  
pudor: ut ad paruos penates & larem anguſtū ex domo  
p̄cipis modēſtiæ & tranq̄llitatis exēpla referant̄ . Ipſe  
aut̄ ut excipis omnes: ut expectas: ut magnā partem die  
rum inter tot imperii curas quaſi per otium tranſigis.  
Itaq; non alii ut attoniti: nec ut periculū capitis aditu  
ri tarditate: ſed ſecuri & hilares cum cōmodum eſt con  
uenimus: & admittente principe interdum eſt aliquid:  
quod nos domi quaſi magis neceſſarium teneat . excu  
ſati ſemper tibi: nec unquam excuſandi ſumus . Scis  
enim ſibi quenq; præſtare quod te uideat: quod te fre  
quentet: ac tanto liberalius ac diutius uoluptatis hui?  
copiam præbes. Nec ſalutationes tuas fuga & uarietas  
ſequitur . remoramur: reſiſtimus ut in communi do  
mo: quam nuper illa immaniſſima bællua plurimo terro  
re munerat: cum uelut quodam ſpecu incluſa nūc pro  
pinquorum ſāguinem lamberet: nunc ſe ad clarifiſimo  
rum ciuiū ſtragēs cædeſq; proferret. Obuerſabant̄ fori  
bus horror & minæ: & par metus admiſſis & excluſis .  
Ad hæc ipſe occurſu quoq; uiſuq; terribilis: ſupbia in



22  
fronte: ira i oculis: foemine? pallor in corpore: in ore im-  
pudentia multo rubore suffusa. non adire quisq̄ nō ad  
loqui audebat: tenebras semp̄ secretumq; captantē: nec  
unq̄ ex solitudine sua prodeuntē: nisi ut solitudinē fa-  
ceret. Ille tamen q̄bus sibi parietibus & muris salutē  
suā tueri uidebat: dolum secū & insidias & ultorē scele-  
rum deū inclusit. dimouit pfregitq; custodias poena:  
angustosq; per aditus & obstructos nō secus ac p̄ aper-  
tas fores & iuitantia limina irrupit: longeq; tunc illi di-  
uinitas sua: longe arcana illa cubilia sæuiq; secessus: in  
quos timore & supbia & odio hominū agebat. Quāto  
nūc tutior: q̄to securior eadē domus: postq̄ eius nō cru-  
delitatis: sed amoris excubiis: nō solitudine & claustris  
defendit. Et qd̄ ergo discim? exp̄imento fidissimī esse  
custodiā principis ipsi? innocentiā: hæc arx inaccessa: hoc  
iexpugnabile munimentū: munimēto nō egere frustra  
se terrore succinxerit: q̄ septus caritate nō fuerit. armis  
enim arma irritant. Num aut̄ serias tantū partes dieꝝ  
in oculis nostris coetuq; cōsumis: nō remissionib? tuis  
eadē frequētia eadēq; illa socialitas interest? Non tibi  
semp̄ in medio cib? semp̄q; mensa cōis: nō ex cōiuctu  
nostro mutua uoluptas: nō puocas reddisq; sermones?  
nō ipsū temp? epulæ tuæ: cū frugalitas cōtrahat: extē-  
dit humanitas? Non .n. ante mediū diē distēt? solitariā  
coena spectator adnotatorq; cōiuis tuis imines: nec ie-  
iunis & inanib? plen? ipse eructās nō tā apponis q̄ obui-  
tis cibos: quos dedigneris attigere: ægreq; p̄pellus sup-  
bia illā cōiuct? simulationē rurs? te ad clādestinā ganeā  
occultūq; luxum refers. Ergo non aux? nec argentū nec  
exq̄sita ingenia coenas: sed suauitatē tuā iocunditatēq;

miramur: quibus nulla satietas adest: quando sincera  
oīa & uera & ornata grauitate. Neq; enim aut pegrinæ  
supstitutionis misteria: aut obscœna petulantia mensis  
principis oberrat: sed benigna iuitatio: & liberales ioci  
& studiorum honor. Inde tibi parcus & breuis somnus  
nullumq; amore nostri angustius tempus: quam quod  
sine nobis agis. Sed cū rebus tuis ut participes perfrua  
mur: quæ habemus ipsi: quam propria quā nostra sūt?  
non enim exturbatis prioribus dominis omne stagnū  
omnem lacum omnē etiam saltum imensa possessione  
circūuenis: nec unī oculis flumina fontes maria deser  
uiunt. Et quid Cæsar non suum uideat? tandemq; im  
perium principis: quam patrimonium maius est, multa  
enī ex patrimonio refert in imperium quæ priores princi  
pes occupabant: non ut ipsi fruerent: sed ne quis alius  
Ergo in uestigia sedesq; nobiliū immigrāt pares domi  
ni: nec iam clarissimorū uirorum receptacula habitatore  
seruo teruntur: aut foeda uastitate procumbunt. Datur  
intueri pulcherrimas ædes deterso situ auctas ac uigen  
tes. Magnū hoc tuū non erga homines modo: sed erga  
recta ipsa meritum: sistere ruinas: solitudinē pellere: in  
gentia opera eodem quo extructa sunt animo ab interi  
tu uindicare. muta quidem ille & anima carentia: sen  
tire tamen & lætari uidentur: quod niteant: quod frequen  
tentur: quod aliquando coeperint esse donum scientis.  
Circunfert sub nomine Cæsaris tabula ingens rerum  
uænalium: quod sit detestanda auaricia illius qui tam  
multa cōcupiscebat: cum haberet supuacua tam multa:  
tamen exitialis erat apud principē: huic laxior domus:  
illi amœnior uilla. Nūc princeps in hæc eadē dominos

quærit: ipse inducit. ipsos illos magni aliquâdo impera-  
 toris hortos illud nunquã nisi Cæsaris suburbanũ lice-  
 mur eminus implemus . Tanta benignitas principis :  
 tanta securitas tempoꝝ e: ut ille nos principalib? rebus  
 existimet dignos : nos non timeamus quod digni esse  
 uidemur. Nec uero emedi tantũ ciuibus tuis copiã præ-  
 bes: sed amœnissima quæq; largiaris & donas. ita inquã  
 donas in quæ electus: in quæ adoptatus es. transfers qd̄  
 iudicio accepisti: ac nihil magis tuũ credis: quam quod  
 per amicos habes. Idem tam parcus in ædificando quã  
 diligens in tuendo. Itaq; nõ ut ante imanium transue-  
 ctione saxorum urbis tecta quatiunt̄ . stant securæ do-  
 mus: nec iam templa nutantia . Satis est tibi nimiũq;  
 cum successeris frugalissimo p̄cipi magis reiicere ali-  
 quid & amputare ex his: quæ princeps tanq̄ necessaria  
 reliquit . Præterea pater tuus usibus suis detrahebat:  
 quæ fortuna imperii dederat: tutiusq; pater . At quam  
 magnific? in publicum es? hinc porticus : inde delubra  
 occulta celeritate properant̄: ut non consumata: sed tan-  
 tum cõmutata uideantur. Hinc immensum latus circi  
 temploꝝ pulchritudinẽ prouocat. digna populo uictore  
 gentium sedes: nec minus ipsa uisenda : quam quæ ex  
 illa spectabunt̄ . uisenda autem cum cætera specie: tum  
 quod æquatus plebis ac principis locus. Si quidem per  
 omne spatium una facies: omnia continua & paria: nec  
 magis proprius spectãdi Cæsaris suggestus: quam pro-  
 pria quæ spectet. Licebit ergo ciuibus tuis iuicem con-  
 tueri. dabitur non cubiculũ principis sed ipsum princi-  
 pem cernere in publico in populo sedentem: populo cui  
 locorum quinq; milia adiecisti . auxeras enim numeꝝ

eius cōgiariū facilitate: maiorēq; in posterū suscipi liberalitatis tuæ fide iusseras. Horū unū si præstitisset alius illi iandudū radiatum caput: & media inter deos sedes auro staret aut ebore: augustiorib; q; aris & grādiōrib; uictimis inuocaret̃. Tu delubra non nisi adoratur; intras. tibi maxim; honor excubare pro templis: postib; q; prætexi. Sic fit ut dei summū inter hoīes fastigium seruent cum deorū ipse non adeptus. Itaq; tuam statuā in uestibulo Iouis optimi maximi unam alterāue & hanc æreā cernimus: at paulo ante aditus oēs omnes gradus totaq; area hinc auro hinc argēto relucebat: seu potius polluebat̃: cum incesti principis statuis pmixta deorū simulachra sorderēt. Ergo istæ qdē aureæ & paucæ manent manebūtq; q̃diu templum ipsum. illæ aut̃ & inumerabiles strage & ruina publico gaudio litauerūt. Iu uabat illidere solo supbissimos uultus: instare ferro: sæuire securib; ut si singulos ictus sanguis dolorq; sequeretur. Nemo tam tēperans gaudii seræq; læticiæ: quin instar ultionis uideret̃ cernere laceros artus truncata mēbra: postremo truces horrēdasq; imagines abiectas excoctasq; flammis: ut ex illo terrore & minis in usum hominū ac uoluptates ignibus mutarent̃. Simili reuerentia Cæsar non apud genium tuum bonitati tuæ gratias agi sed apud numē Iouis optimi maximi pateris. illi debere nos quicquid debeamus. illius quod bene facias muneris esse qui te dedit. Ante quidem ingentes hostiarū greges per capitolium iter magna sui parte uelut intercepti diuertere uia cogebant̃: cum sæuissimi domini atrocissima effigies tanto uictimarū cruore colebatur: quantum ipse humani sanguinis profundenbar.

24

Oia. P. C. quæ de aliis principib? a me aut dicuntur aut dicta sunt: eo p̄tinent ut ostendā q̄ longa consuetudinē corruptos deprauatosq; mores principat? parens noster reformet & corrigat: alioquin nihil non paræ gratæ sine cōparatione laudatur. Præterea hoc primū erga optimū impatorē piorum ciuium officiū est insequi dissimiles neq; enim satis amarit bonos p̄cipes: qui malos satis non oderit. Adice qđ impatoris nostri nō aliud ampli? ac diffusius meritū est: q̄ quod insectari malos p̄cipes tutū est. An excidit dolori nostro modo uīdicat? Nero? p̄mitteret credo famam uitamq; eius carpi: qui mortē ulciscēbat nec ut in se dicta interpretaret: quæ de similimo dicerent. Quare ego te Cæsar muneribus omnibus tuis oibus cōparo: multis antepono: qđ licet nobis & in præteritū de malis impatorib? quotidie uindictari & futuros sub exemplo præmonere: nullū locum nullū esse tēpus: quo funestorū principum manes a posterorū execrationib? conḡescant. Quo constātius. P. C. & dolores nostros & gaudia p̄feramus: ingemiscam? illis quæ patiebamur. Simul utq; q; faciendū ē sub bono p̄cipe. Hoc secreta nostra: hoc sermones: hoc ipsæ gratiarū actiones agunt. Memineritq; sic maxime laudari incolumē imperatorē: si priores secus meriti repræhēdant. Nam cum de malo principe posteri tacent: manifestū est eadem facere præsetem. Et quis iam locus miseræ adulationis manebat? gnarus cum laudes imperatorū ludis etiam & cōmesationibus celebrarent: saltarenturq; atq; in omne ludibriū effœminatis uocibus modis gestibus frangerent. sed illud indignum quod eodem tempore in senatu & in scæna ab histrione & a cōsule laudabāt.

Tu p̄cul a tui cultu ludicras artes remouisti. Seria ergo te carmina honorq; æternus ânaliū: non hæc breuis & pudenda prædicatio colit. quin etiam tanto maiore consensu in uenerationē tui theatra ipsa confurgent: quāto magis de te scænæ silebunt. Sed quid ego istud admiror? cum eos quoq; honores: qui tibi a nobis offeruntur: aut delibare parcissime: aut oīo soleas recusare. Nihil ante tam uulgare tam paruum in senatu agebatur: ut non laudibus principū imoraretur quibuscunq; censendi necessitas accidisset. De ampliando numero gladiatorū: aut de instituēdo collegio fabrorū consulebatur: & quasi prolatis imperii finibus nūc ingentes arcus excessurosq; templorū fastigiū titulos: nunc menses etiam nec hos singulos nomini Cæsarum dicabam? patiebant illi: & quasi meruissent: lætabant. At nunc quis nostrum tanquā oblitus eius de quo refertur censendi officium principis honore consumūt? Tuæ moderationis hæc laus constantia nostra. & tibi obseqmur: quod in curiam non ad certamen adulationū: sed ad usum munusq; iusticiæ cōuenimus: hāc simplicitati tuæ ueritatiq; gratiam relaturi: ut te quæ uis uelle: quæ nō uis nolle credamus. Incipimus inde: desinim? ibi: a quo incipi: in quo desini sub alio principe non posset. Nam plærosque ex decretis honoribus & alii non receperūt: nemo ante tantus fuit: ut crederetur noluisse decerni. Quod ego titulis omnibus speciosius reor: quando nō trabibus aut faxis nomen tuū: sed monumētis æternæ laudis inciditur. Ibit in sæcula fuisse principem: cui florenti & incolumi nunquam nisi modici honores sæpius nulli decernerētur. Et sane si uelimus cum priorū

23  
temporū necessitate certare uincemur. ingeniosior est. n. ad excogitandū simulatio ueritate: seruitus libertate: metus amore. Simul cū iam pridē nouitas omnis adulatione cōsumpta sit: non alius erga te nouus honor super est: quam si aliquando de te tacere audeamus. Age si quando pietas nostra silentiū rupit: & uerecundiā tuam uicit: quæ qualiaq; decernimus nos: tu non recusas: ut appareat non superbia & fastidio te aplissimos honores repudiare: qui minores non dedigneris. Pulchrius hoc Cæsar quā si recusares omnes. nam recusare oēs ambitionis: moderatiōis est eligere parcissimos. Quo tēperamento & nobis & ærario prodes: qđ sumptib; eius adhibes modum: & qui exhaustū non sis innocentium bonis repleturus. Stant igit effigies tuæ quales olim ob egregia in rep. merita priuatis dicabant. uisuntur eadē materia Cæsaris statuæ qua Brutorū qua Camilloꝝ. Nec discrepat cā: illi. n. reges hostemq; uictorem mœnib; depulerūt. hic regnū ipsum: quæq; alia captiuitas gignit: arcet ac submouet: sedēq; obtinet principis: ne sit domino locus. Ac mihi intuenti sapientiā tuam minus mis; uidet: quod mortales istos caducosq; titulos aut deprecis aut tempes. scis. n. ubi uera p̄cipis: ubi sempiterna sit gloria: ubi sint honores ī quos nihil flāmis: nihil senectuti: nihil successorib; liceat. Arc; . n. & statuas aras et templaq; demolit & obscurat obliuio: negligit carpit que posteritas. contra contemptor ambitionis: & infinitæ potestatis domitor ac frænator animus ipsa uetustate florescit: nec ab ullis magis laudatur: quam quibus minime necesse est. Non ergo perpetua principi fama: quæ inuitū manet: sed bona concupiscēda est. ea porro

non imaginibꝫ & statuis: sed uirtute ac meritis proroga-  
tur. Quin etiam leuiora hæc formã principis figurãqꝫ:  
non aurum melius uel argētum quam fauor hominũ  
exprimat teneatqꝫ: quod quidem prolixè tibi emulate  
que cōtingit: cuius lætissima facies & amabilis uultus  
in omnium ciuium ore oculis animo sedet. Adnotasse  
uos credo patres con. iandudũ me non eligere quæ re-  
feram. propositũ est enim mihi principẽ laudare: non  
principis facta: nam laudabilia multa etiam mali faci-  
unt: ipse laudari nisi optimꝫ non potest. Quare non alia  
maior impator Auguste gloria tua: quam quod agenti-  
bus tibi gratias nihil uelandũ est: nihil omittendũ est.  
Quid est enim in principatu tuo: quod cuiusqꝫ prædica-  
tio uel transilire uel præteruehi debeat: quod momen-  
tum: quod imo temporis punctum aut beneficio sterile  
aut uacuum laude: nõ omnia eiusmodi ut is optime te  
laudasse uideat: qui narrauerit fidelissime: Quo fit ut  
prope in imensum diffundat oratio mea: & nec dum de  
biennio loquor. Quam multa dixi de moderatione: &  
quanto plura adhuc restant: ut illud quod secundũ con-  
sulatum recepisti: quia princeps & pater deferebat. Ac  
postquam ad te imperii summã: & cum omniũ rerum  
etiam tui potestati diu transtulerit: tertium consu-  
latum recusasti: cum agere tam bonum consulẽ posses.  
Magnum est differre honore: gloriam maius. Gestum  
cōsulatum mirer: an non receptum? Gestus non in hoc  
urbis otio & intimo sinu pacis: sed iuxta barbaras gen-  
tes: ut illi solebant: quibus erat moris paludamẽto mu-  
tare prætextam: ignotasqꝫ terras uictoria sequi. Pulchrũ  
imperio: gloriosum tibi: cum te socii atque amici sua



in patria suis ī sedibus adierūt. Decora facies consulis: multa post sæcula tribunal uiridi cespite extructū: nec fascium tantum: sed pilorum signorūq; honore circumdatum: augebant maiestatem præsidentis diuersi postulantium habitus: ac dissonæ uoces: raraq; sine interprete oratio. Magnificū ē ciuibus iura: qd hostibus reddere? speciosum certam fori pacē: quid imanes campos sella curuli Victorisq; uestigio premere? imminere minacibus ripis tutū quietūq;: quid spernere barbaros fremitus: hostilemq; terrorem non armorū magisq; togarum ostentatione compescere? Itaq; non te apud imagines: sed ipsum præsente audientemq; consalutabāt imperatorem: nomenq; quod alii domitis hostibus tu contemptis merebare. Hæc laus acti cōsulatus: illa dilati: quod adhuc initio principatū ut iam excusatus honoribus & expletus consulatū recusasti: quē noui impatores destinatum aliis in se transferebāt. Fuit etiam qui in principatus sui sine consulatū: quem dederat: ipse magna ex parte iam gestum extorqueret & raperet. Hoc ergo honore quem & incipientes principes & desinentes adeo concupiscūt ut auferant: tu otioso ac uacante priuatis cessisti. Inuidiosus ne erat aut tibi tertius cōsulatus? aut principi primus? nam secūdum Imp. quidem sub Imp. tamen inisti: nihilq; imputari in eo uel honori potest uel exēplo: nisi obsequiū. Ita uero quæ ciuitas qnquies atq; ēt sexies consules uidit: nō illos qui expirante iam libertate per uim ac tumultū creabant: sed qbus sepositis & absentibus in rura sua cōsulatus ferebant: in hac ciuitate tertium consulatū princeps generis humani ut pgrauem recusasti? Tanto ne Papius etiam & qntius

moderatioꝛ Augustus & Cæsar & pater patriæ? At illos resp. ciebat. qđ te non eadē resp.? non senat.? non consu lat.? ipse.? qđ sibi tuis humeris attolli & auget̃scere uidet̃. Non te ad exēplar eius uoco: qui cōtinuis consulatib? fe cerat longū quendā & sine discrimine annū: his te con fero quos certū est: quotiēs cōsules fuerūt nō sibi præsti tisse. Erat in senatu ter cōsul: cū tu tertiu consulatū re cusabas. Onerosū nescio qđ uerecūdiæ tuæ cōsensus no ster idixerat: ut p̃iceps totiēs consul esses: quotiēs sena tor tu? nimia modestia istud ēt priuat? recusasses. An cō sularis uiri triūphalisq; fili? cū tertio cōsul creat̃ ascēdit nō debitū hoc illi: nō uel sola generis claritate præmeri tū? Cōt̃igit ergo priuatis ap̃ire ânū: fastosq; referare. & hoc quoq; redditæ libertatis iudiciū fuit: qđ cōsul alius q̃ Cæsar esset. Sic exactis regib? cœpit liber ân?. Sic olī seruit? pulsa priuata fastis noīa iduxit miseros ābitiōis qui ita cōsules semp: ut semp principes erāt: q̃q̃ nō ābi tio magis q̃ liuor & malignitas uideri pōt: oēs ānos pos sidere: summūq; illud purpuræ dec? nō nisi præceptū præfloratūq; trāsmittere. Tuā uero magnanimitatē an modestiā an benignitatē pri? mirer? Magnanimitas fu it expetito semp honore abstinere. modestia cedere. be nignitas p̃ alios frui. Sed iā tēp? ē te ipsi cōsulatuī præ stare: ut maiorē eū suscipiēdo gerēdoq; facias. nā sæpi? recusare ambiguā ac potius illā it̃pretationē hēt: tanq̃ miorē putes. Tu qđē ut maximū recusasti: sed hoc psua dere nemini poteris: nisi aliq̃do & non recusaueris. Cū arc? cū trophea cū statuas deprecaris: tribuēda ē uerecū diæ tuæ uenia: illa. n. sane tibi dicant̃: cū uero postula m? ut futuros p̃cipes doceas iert̃iæ renūciare: paulisp

27  
delitias differre: paulisp & saltē ad breuissimū tēpus ex  
illo felicitatis sōno uelut excitati īduere prætextā: q̄ cū  
dare possent occuparīt: ascendere curulē q̄ detineāt: esse  
deniq; qđ cōcupierūt: nec ideo tantū uelle cōsules fieri  
ut fuerit. Gessisti alteꝝ cōsulatū: scio: illū exercitibꝫ illū  
p̄uinciis illū ēt cæteris gentibus poteris imputare: nō  
potes nobis. Audimꝫ qđē te omne munꝫ cōsulis obiisse:  
sed audimꝫ. diceris iustissimꝫ humanissimꝫ patiētissi  
mꝫ fuisse: sed diceris. æquū est aliq̄do nos iudicio nostro  
nostris oculis nō famæ semp & rumoribꝫ credere. Quo  
usq; absētes de absente gaudebimꝫ? liceat expiri. an ali  
qđ supbiæ tibi ille ipse secūdus cōsulatꝫ attulerit. mul  
tū in cōmutādīs moribꝫ hominū mediū ānus ualet: in  
principū plus. Dicimꝫ qđem cui uirtus aliqua cōtingat  
omnes inesse: cupimus tamen experiri: an nunc quoq;  
una eademq; res sit: bonus cōsul & bonus princeps. Nā  
præter id quod est arduū: duas easq; simul capere pote  
states sūmas: tum inest utriq; nōnulla diuersitas. cum  
principem q̄ dissimillimū deceat. Atq; ego uideo proxi  
mo anno cōsulatus recusādi hanc præcipuā fuisse rōnē:  
quod eum absens gerere nō poterat. sed iam urbi uotif  
que publicis redditus: quid est in quo magis sis appro  
baturus quæ quantaq; fuerint quæ desiderabamus. Pa  
rum est ut in curiam uenias nisi & cōuocas: ut intersis  
senatui nisi & præsides: ut censentes audias nisi & per  
rogas. uis illud augustissimū consul aliq̄do tribunal  
maiestati suæ reddere? ascende. uis constare reuerenti  
am magistratibus legibus auctoritatē modestiam petu  
lantibus? adire. Quod. n. interesset reip. si priuatus es  
ses consulem te haberet tantū an & senatore: hoc nunc

scito iteresse principē te hēat tantū an & consulē. His  
tot tātisq; rōnibus q̄ q̄ multū reluctata uerecūdia prin  
cipis nostri tādē tamen cessit. At quēadmodū cessit? nō  
se ut priuatis: sed ut priuatos pares sibi faceret. Receptit  
enī tertium consulatū ut daret. nouerat moderationē  
hominū: nouerat pudorē: qui nō sustinerent tertio con  
sules esse nisi cū ter cōsule. Bellosq; istud sociis olim pi  
culosq; confortib; parce tamen tribuebat. quod tu singu  
larib; uiris ac de te quidē bene ac fortiter præstitisti sed  
ī toga meritis. utriq; cura utriusq; uigilātia obstrict?  
es Cæsar. Sed in p̄cipe rarē ac prope insolitū est: ut se  
putet obligatū: aut si putet: amet. Debes ergo Cæsar &  
soluis. Sed cū ter cōsules facis: non tibi magn? p̄iceps:  
sed nō ingrat? amic? uideris: qn̄ etiam p̄ q̄ modica quæ  
dam ciuū merita fortunæ tuæ uiribus in mai? extollis  
efficis. n. ut tantū tibi quisq; præstitisse uideat: q̄tum  
a te recipit. Quid isti benignitati precer? nisi ut semp  
obliges obligeris: incertūq; facias utrē magis expediat  
ciuib; tuis debere tibi an præstitisse. Equidē illū anti  
quū senatū contueri uidebar: cū ter cōsule assidente ter  
tio consulē designatū rogari sententiā cernerē. Quanti  
tūc illi: q̄tusq; tu. Accidit quidē ut corpora quælibet ar  
dua & excelsa p̄terioribus admota decrescāt: itē ut altis  
simæ ciuū dignitates collatiōe fastigii tui quasi depri  
mant: quātoq; p̄pius ad magnitudinē tuā ascenderint:  
tantū etiam a sua descendisse uideātur. Illos tamen tu  
quāq; non potuisti tibi æquare cū uelles. adeo in edito  
collocasti: ut tantū super cæteros: q̄tū infra te cernerer  
tur. Si unius tertiu consulatū eundem in annū in quē  
tuum contulisses: ingentis animi specimen hēretur: ut

28  
enī felicitatis est q̄tū uelis posse: sic magnitudinis uelle  
quantū possis . Laudand⁹ quidem & ille qui tertiu⁹ con-  
sulatū meruit: sed magis sub quo meruit. magn⁹ memo-  
randusq; qui tantū præmiū cepit: sed maior q̄ capienti  
dedit. Quid⁹ q̄ duos pariter tertio cōsulatu collegas tui  
sanctitate decorasti? ut sit nemini dubiū hanc tibi præ-  
cipuā cām fuisse extendendi cōsulatus tui: ut duorū con-  
sulatus amplecteret̄ & collegam te uni daret. Vterq; nu-  
per cōsulatū alterū gesserat a patre tuo: id est q̄to min⁹  
quam a te datum : utriusq; adhuc oculis paulo ante di-  
missi fasces oberrabāt: utri⁹q; solēnis ille lictoꝝ & præ-  
nūcius clamor auribus infederat: cū rursus curulis: rur-  
susq; purpura: ut olim cum hostis in pximo & in sum-  
mum discrimen adducta resp. exptum honoribus uis⁹  
posceret: non cōsulatus hoībus iisdem: sed iisdem hoīes  
cōsulatibus reddebant̄. Tanta tibi benefaciēdi uis: ut in-  
dulgentiā tuam necessitas æmuletur. Modo prætextas  
exuerāt: resumāt. modo lictores abire iusserāt: reuocēt.  
modo gratulātes amici recesserant: reuertant̄. Hoīs ne  
istud ingeniū est: hoīs potestas: renouare gaudia: redin-  
tegrare læticiam : nullāq; requiem gratulationis dare:  
neq; alia repetendis consulatib⁹ interualla permittere:  
nisi dum finiunt̄. Facias ista semper : nec unq̄ in hoc  
opere aut animus tuus aut fortuna lassetur. des quam  
plurimis tertios cōsulatus: & cū plurimis tertios cōsula-  
tus dederis : semp̄ tamen plures qbus debeas dare sup-  
sint. Omniū quidē beneficiorū quæ merentib⁹ tribuūt̄  
non ad ipsos gaudiū maius q̄ ad similes redundat. præ-  
cipue tamen ex hoꝝ consulatu nō ad partem aliq̄ sena-  
tus : sed ad totum senatum tanta læticia peruenit : ut

eundem honorē omnes sibi & dedisse & accepisse uideantur . Nempe enim hi sunt: quos senatus cū publicis sumptibꝫ minuendis optimū quenqꝫ præficeret : elegit equidē primos. Hoc est igitꝫ hoc est quod penitꝫ illos aīo Cæsaris insinuauit. An parꝫ sæpe experti sumꝫ? hanc esse rerum condicionē: ut senatꝫ fauor apud principē aut prosit: aut noceat. Non ne paulo ante nihil magis exitiale erat quā illa principis cogitatioꝫ hunc senatus probat. hic senatui carus est: oderat quos nos amaremꝫ? sed & nos quos ille. Nunc inter principem senatūqꝫ dignissimū cuiusqꝫ caritate certatur. demonstramꝫ inuicem: credimus inuicē: quodqꝫ maximū amoris mutui signū est eosdē amamꝫ. Proinde. P. C. fauete aperte: diligite constanter. Non iam dissimulandꝫ est amor ne noceat: non præmendum odium ne prosit. eadem Cæsar quæ senatus probat improbatqꝫ; uos ille præsentēs : uos etiā absentes in consilio hēt. tertio consules fecit quos uos elegeratis: & fecit hoc ordine quo electi a uobis erant . Magnꝫ uterqꝫ uester siue eosdē maxime diligit quos scit uobis esse carissimos: siue illis neminē præfert: quāuis aliquē magis amet. Proposita sūt senioribꝫ præmia iuuenibus exēpla. adeant frequentēt securas tandem ac patentes domos. quisquis probatos senatui uiros suscipit : hic maxime principem pmerentur: sibi enim accrescere putat quod cuiqꝫ adstruat: nullāqꝫ in eo gloriam ponit qđ sit omnibus maior: nisi maximi fuerint qbus maior est . Persta Cæsar in ista rōne propositi: talesque nos crede : qualis fama cuiusque est . huic aures : huic oculos intende . ne respexeris clandestinas existimationes : nullisque magis quam audientibus insidiantes

29  
susurros. melius omnibus q̄ singulis creditur. singuli enim decipere & decipi possunt: nemo omnes: neminē omnes fefellerūt. reuertor iam ad consulatū tuum: & si sunt quædā ad consulatū quidē p̄tinētia ante consulatū tamen in primis qđ comitibus tuis iterfuiti: candidatus nō cōsulatus tantū sed immortalitatis & gloriæ & exempli qđ sequerent̄ boni principes: mali mirarent̄. Vidit te. P. R. in illa uetere potestatis suæ sede. p̄pessus es longū illud carmen comitiōꝝ: nec iam irridendā moram: consulq; sic factus es: ut unus ex nobis quos facis cōsules. Quotus quisq; principū antecedentiū honorē istum aut cōsulatū habuit: aut populo: nō alii marci somno hesternaq; cœna redūdantes comitiōꝝ suorum nuncios opperiebant̄: Alii sane puigiles & insōnes sed intra cubilia sua illis ipsis cōsulibus: a quibus consules renunciabant̄: exilia & cædē machinabantur. O praua & inscia ueræ maiestatis ambitio: concupiscere honorē quem dedigneris. dedignari quem concupieris: cūq; ex proximis hortis campum & comitia prospectes: sic ab illis abesse tanquā danubio rhenoq; dirimare. auerferis tu honori tuo sperata suffragia: renunciariq; te consulem iussisse contentus liberæ ciuitati ne simulati onem quidem serues: abstineas deniq; comitiis abstrusus atque abditus quasi illic tibi non consulatus detur sed abrogetur imperium. Hæc persuasio superbissimis dominis erat ut sibi uiderētur principes esse desinere: si quid facerent tanquam senatores. Plæriq; tamen nō tam superbia quam metu quodam submouebant̄. an stuproꝝ sibi icestiarumq; noctium conscii auspicia poluere: sacratumq; campū nefario auderent cōtaminare

uestigio : non adeo deos hominesq; contempserant :  
ut in illa spatiosissima sede hominū deorūq; coniectos  
in se oculos ferre ac perpeti possent. Tibi contra & mo-  
deratio tua suavit & sanctitas: ut te & religioni deorū &  
iudiciis hominū exhiberes . Alii consulatū ante q̄ acci-  
perent: tu & dum accipis meruisti. Peracta erant solēnia  
comitiorū si principem cogitares: iamq; se oīs turba cō-  
mouerat: cū tu mirantib; cunctis accedis ad cōsulis sel-  
lam: adigendū te præbes ī uerba principib; ignota: nisi  
cū iurare cogent alios. Vides q̄ necessariū fuit consu-  
latum non recusare: nō putassem; istud facturū te fuisse  
si recusasses. Stupeo. P. C. nec dumque satis aut oculis  
meis aut auribus credo: atque identidē me an audierim  
an uiderim interrogo: Impator ergo & Cæsar & Augu-  
stus pontifex maxim; stetit ante gremiū consulis: sedit  
que cōsul principe ante se stante: & sedit int̄bat; inter-  
ritus & tanq̄ ita fieri soleret : q̄ etiam sedens præbuit  
iusiurandū: & ille iurauit. expressit explanauitq; uerba:  
quibus caput suū domū suam: si scienter fefellisset: deo-  
rum iræ cōsecraret. Ingens Cæsar & par gloria tua siue  
fecerint istud postea principes siue non fecerint . Vlla  
ne satis prædicatio digna est: idem tertio consulem fe-  
cisse qd̄ primo: idem principē quod priuatū : idem im-  
peratorē quod sub impatore: Nescio iā nescio pulchri-  
ne sit istud qd̄ præeunte nullo: an hoc qd̄ alio præeūte  
iurasti. In rostris quoq; simili religione ipse te legibus  
subiecisti. legib; Cæsar: quas nemo principi scripsit. Sed  
tu nihil ampli; uis tibi licere q̄ nobis. sic fit ut nos tibi  
plus uelimus. Quod ego nunc primum audio: nunc pri-  
mum disco: nō est princeps: sunt leges: sed leges supra



principem: idem Cæsari consuli: quod cæteris nō licet.  
 iurat in legem attendentib? diis: nam cui magisq̄ Cæ  
 sari attendat? iurat obseruantib? his quibus idem iurā  
 dum est: non ignarus alioquin nemini religiosi? quod  
 iurauerit custodiendū: q̄ cuius maxime interest nō peie  
 rare. itaq; & abiturus consulatu iurasti te nihil contra  
 leges fecisse. Magnum hoc erat cum pmitteres: maius  
 postq̄ præstitisti. lam totiens pcedere in rostra in assen  
 sumq; illū supbiæ principū locum terere: hic suscipere:  
 hic ponere magistrat? quā dignū te q̄q; diuersū consue  
 tudine illoꝝ qui pauculis diebus gestū consulatū imo  
 non gestū abiiciebant per edictū: hoc pro concione pro  
 rostris pro iureiurando scilicet ut primis extrema con  
 gruerēt: utq; hoc solo intelligerent ipsi consules fuisse:  
competentius ? quid prouidentia tua dignius facere po  
tuiti ? quam ut eius filio : quem tibi pridem & affini  
tate adsciueras : & maiestate sociaueras : nunc ex inti  
mis affectibus traderes summi pignus imperii ? Hæc  
est tua Maximiane inter omnes Principes propria lar  
gitio . alii diuitias : aut honores : aut ipsa etiam impe  
ria sed sola donarunt . tu animo maiore quam cæteri  
pariter indulges : & quod pietas tua habet carissimum :  
& quod fortuna præcipuum . Nec tamen miranda ista  
in te è Maximiane animi magnitudo : in quæ dii imor  
tales tanta congegnerunt & naturæ bona & ornamenta  
fortunæ . ut quis maxia largiaris : ita penes te sunt oia :  
quasi ea solus obtineas . Ut . n . ille : qui oēs aquas cælo  
& terris præbet Oceanus : semp tamen in motib<sup>9</sup> suis  
totus est : ita tu potes imperiū Maximiane donare : non  
potes non hère . De quo ego cum ad id loci uenero : ita  
dicam : ut fortasse quibusdam uideat audacior : ueritas  
tamen meæ erga te deuotionis appareat . Nunc enim  
sequitur : ut quoniam uirtutes tuas Constantine Augu  
ste socero prædicauit : tu quoque licet optime scias : ta  
men audias : quam te principis ornet affinitas . Hic est :  
qui nomen : quod accepit a deo principe generis sui :  
dedit uobis : qui se progeniem esse Herculis non adu  
lationibus fabulosis : sed æquatis uirtutibus com



probavit. Hic est : qui in ipso ortu numinis sui gallias  
 priorum temporum iniuriis efferatas Reipublicæ ad  
 obsequium reddidit : sibi ipsas ad salutem . Hic quod  
 iam falso traditum de antiquis imperatorib? putaba-  
 tur: romana trans Rhenum signa primus barbaris gen-  
 tibus intulit. Huius cum fratre rursus ac sæpius expe-  
 ditionibus domita germania aut boni consulit: ut quie-  
 scit : aut lætatur quasi amica : si pareat . Tu ferocissi-  
 mos mauritanix populos inaccessis montium iugis &  
 naturali munitione fidentes expugnasti. recepisti tran-  
 stulisti. Te primo ingressu tuo tanta læticia . tanta fre-  
 quentia Respublica excepit: ut cum te ad Capitolini Io-  
 uis gremium uel oculis ferre gestiret : stipatione sui  
 uix ad portas urbis admitteret . Te rursus uicesimo an-  
 no Imperatorem : octauo Consulem : ita ipsa amplexu  
 quodam suo Roma uoluit detinere: ut uideretur augu-  
 rari iam & timere : quod factum est. Est enim Imper.  
 æterne: in quo uno querelam Reipublicæ pene merui-  
 sti . Audi doloris nostri liberam uocem : si quidem  
 dii ipsi: quod plærunque humanas res negligant: dum  
 querimur ignoscunt : quibus aliud fortasse curantibus  
 grandines ruunt : terræ dehiscunt : urbes hauriuntur:  
 quæ non illis hauriuntur uolentibus sed aut aliorsum  
 aspicientibus aut fatali rerum cursu urgente uidentur  
 accidere . Tale est Imper . quod omnibus nobis inclu-  
 so gemitu merentibus facere uoluisti : non quidem tu  
 Reipublicæ negligentia : aut laboris fuga: aut desidia  
 cupiditate ductus : sed consilii olim : ut res est : inter  
 uos placiti constantia & pietate fraterna : Ne quem

totius uitæ summæq; rerum sociū semper habuisses:  
in alicuius facti coitate desereres: ne uel illius uiderit  
quali certe nouæ laudi cederes. Verum lōge diuersa in  
uos erat causa declinādi aut sustinendi laboris. Quan  
quam & si totam excusationē ætatis afferres: sic quoq;  
tibi reip. curis non erat abnuēdum. An si maxim<sup>9</sup> quis  
que natu gubernator est certissim<sup>9</sup> ad salutem: non is  
est optimus qui usu peritissim<sup>9</sup> imperator? Aut te unq̄  
Constantine liberi nostri nepotesq; patientur uel cum  
ad summam perueneris senectutem rei publicæ uela  
contrahere: quæ tam felicib<sup>9</sup> uentis etiam iuuenis im  
pleueris? Sed tamen ut cunque fas fuerit: cum prin  
cipem quem anni cogere: aut ualitudo deficeret rece  
ptui canere. te uero: in quo adhuc istæ sunt integræ so  
lidæq; uires: hic totius corporis uigor: hic imperatori<sup>9</sup>  
ardor oculorum: immaturum ocium sperasse miramur.  
Quid enim aliud participi maiestatis tuæ dare potuit  
uentia quietis q̄ ut tu imperio succederes pro duobus.  
Sed pfecto exegit hoc ipsa uarietas & natura fortunæ:  
cui nihil mutare licuerat: dum uos impium teneretis:  
ut illa. xx. annorum continua felicitas interuallo aliquo  
distingueretur: aut etiam diu imortales probare uolue  
rint ubi innixam steterit remp. cum sine te stare non  
posset. Quanquam in istis quidem partibus nō caruit  
pristina firmitate: ibi uero pene funditus corruit: unde  
tu Maximiane discesseras. adeo illic plurimū habuerat  
stabilitatis asserta: ubi deserta maxime uacillauit. Non  
aliter enim quā solet terra uentis aut aquis subter im  
missis interuulsa sui soliditate nutare. ita cuncta Italia  
atq; ipsa Roma subducta repente qua substētata fuerat

*doctam*



dextera tua cōtremuit ac pene confedit. Quod ego cur  
sim transeo: cur enim uel recordemur aduersa cū uidea  
mus omnia tuo reditu restituta? Fecit enī Roma ipsa  
pro maiestate noīs sui: ut ostenderet posse se etiam im  
peratoribus impare: abduxit exercitus suos ac tibi red  
didit. Et cum ad sedādos aīos auctoritatē priuati prin  
cipis attulisses: supplices tibi man? tendens uel potius  
queribūda clamauit. quousq; hoc Maximiane patiar me  
quati: te q̄scere? mihi libertatē adimi: te usurpare tibi  
illicitam missionē? An quod diuo Augusto post septua  
ginta ætatis q̄nquaginta imperii nō licuit annos: tā ci  
to licuit tibi? Ideo ne te mihi ille cui? tot aras tot tēpla  
tot noīa colo Hercules dedit: ut tu ī suburbano ocios?  
sedens usum dicatæ mihi uirtutis amitteres? Redde te  
gubernaculis meis. Et quoniā tranquillo mari portum in  
trare non properasti: uade per fluctus mei quidē amore  
sollicitus: sed tua maiestate securus: & tamen per te tibi  
steterit iniuriam in mei restitutione patieris. Impasti  
pridem rogatus a fratre. rursus impera iussus a matre.  
O impator æterne pietatem tuam: quæ tuū illum ani  
mum semp inuictum sola uicit. Non potuisti resistere  
sanctæ illius parentis impio: & inuitus licet paruisti: &  
te illis uigiliis illisq; curis quas uiginti annis expertus  
fueras reddidisti. Quibusnā tu domina gentium potes  
cōpensare beneficiis: hoc tui impatoris obsequiū? qui  
tanto usu sciens quantus sit impandi labor: propter te  
nō utitur illa quam degustauerat uoluptate: tantumq;  
reip. onus suscipit post quietem? Facilius fuerat iugiter  
imperasse. quīs enim magnū laborem consuetudo non  
sentit. intermissa desiderant nouas uires. Quanta opus

fuit tibi impator æterne pudentia: q̄ta auctoritate: ut  
subsidia reip. erigeres: exanimata recreares: dilapsa colli  
geres. Mirabamur te post imperiū esse priuatū: multo  
magis mirum est imperiū ferre post ocium. Solus hoc:  
ut dicit̄: potuit deus ille: cui? bona sunt: q̄ uiuim? & ui  
demus: ut habenas male creditas & cursū deuio uectore  
turbatū reciperet: rursūq; dirigeret. Cuius simile tu im  
perator etiā facile fecisti: neq; id mir: cum .n.a te recef  
sit imperiū: & priuatus licet dici uelles: ihæsit tibi inge  
nita maieftas. Omnes exercitus uestri oēs q; puinciæ re  
quiescere te post tanta opera utcūq; æquo animo tulle  
runt: impare desuisse nunq̄ crediderunt. Quid enim pu  
tas tibi Maximiane Iouem ipsum respondisse: cum tu  
ingenti animo diceres: recipe Iupiter quod cōmodasti?  
hoc profecto respondit: non mutuū istud tibi tradidi  
sed æternū: non recipio sed seruo. Statim igitur ut præ  
cipitantē remp. refrenasti: & gubernacula fluitātia rece  
pisti: oīb? spes salutis illuxit. posuere uēti: fugere nubes:  
fluctus refederunt. & sicubi adhuc in longinq; in  
terris aliqua obuersatur obscuritas: aut residuus unda  
rum pulsus imurmurat: necesse est tamen ante tuos nu  
tus dilucescat & sileat. Dixi pro ratione temporis sacra  
tissimi principes ea quæ in uobis inuicem: ut facitis: ad  
mirari & amare debetis: restat ut ipsa illa quæ sepe  
tim de uirtutibus uestris locutus sum: sicut huic uoto  
congruit: in sermonis fine coniūgam. Dii immortales  
quanta romano imperio renouastis: quæ iam ut res est  
cesserant uetustati. Maximiano imperatori æterno Con  
stantinus impator nouus plus cœpit esse quam filius.  
Fauor ille crescētis adest: iste senior: perpetuus profecto

46

pietatibus affinitas ista coalescat stirpibus : quæ semper in republica uiros ad concordiam copulauit. Et enim si quauis dissidentes familias Gracchi & Corneliæ matrimonium reduxit in gratiam: si pro diuo Augusto ac ciacam uictoriam tantummodo gener Agrippa confecit : quid sperandum est : cum sempiternam patris ac filii caritatem etiam nuptiarum fœdus astrinxerit? Quod si publius Scipio bellum punicum suscepit adolescens ipsum postea superaturus Hannibalem : si Marius a factione syllana urbem recepit senex : idque magno interuallo temporis euenisse memorabile est : quam facile nunc omnis metus ponet romana respublica: quæ defenditur coniuncti imperii duabus ætatibus : pariterque utitur uirtute iuuenis : & maturitate senioris. Te pater ex ipso imperii uertice decet orbem prospicere communem : cælestique nutu rebus humanis fata decernere : auspicia bellis gerendis dare : componendis pacibus leges imponere. Te iuuenis id effessum ire per limites quo romanum barbaris gentibus instat imperium: frequentes ad soceꝝ laureas mittere: præcepta petere: effecta rescribere. Ita eueniet: ut & ambo consilium pectoris unius habeatis : & uterque uires duorum. O felix in imperio & post imperium felicior. Audis enim profecto hæc & uides diue Constanti : quem curru & pene conspicuo dum uicino ortus repetit occasu sol ipse inuecturus cælo excepit. quanto nunc gaudio potiris ; quanta uoluptate perfrueris : cum talem hunc filium tuum : qui te primus patrem imperii tui possessionem idem pater idem socer idem imperator induxerit. Hæc est tua præter omnes diuos propria immortalitas quam

uidemus: filius similis aspectu : similis animo : par imperii potestate . Inuiderint licet nobis : nihil tamen auferre domi tuæ fata potuerunt . Nec Maximiano filius qualis tu eras : nec Constantino pater deest . Quin etiam ut omnibus modis tua necessitudo renouetur : rursus hic socer: rursus hic gener est: ut beatissimus imperator semper ex tua sobole nepotibus augeatur .

LATINI PACATI DREPANI PANAEGYRICVS  
ROMAE DICTVS THEODOSIO IMPERATORI  
AVGVSTO EIVS NOMINIS PRIMO.

I QVIS VNQVAM FVIT IMPER .  
Auguste: qui te præfente dicturus ante trepidauerit: cum profecto me esse & ipse sentio: & his qui consilium tuum participant uideri posse uideo . Nam cum te semper ultra omnes retro principes laudari oportuerit : nunc porro ultra quam alias prædicatus es: in ea urbe conueniat dicendo celebrari : cuius & libertatem armatus asseruisti: & auxisti dignitatem togatus : quo tandem modo consequi maiestatem utriusque uestrum oratione mea potero ? hoc præcipue in tempore quo ambo ita mutuo creuistis: ut nec tu fueris adhuc maior : nec illa felicior . Huc accedit auditor senatus: cui cum difficile sit pro amore quo in te præditus est de te satisfieri: tum difficilius pro ingenta atque hæreditaria orandi facultate nõ esse fastidio rudẽ hunc & incultũ transalpini sermonis horrore

præsertim cum absurde sinistreq; iactantiæ possit uide-  
 ri: his ostentare facundiã: quã de deorum fonte manan-  
 tem in nostros usq; usus deriuatio sera traduxit. Qui-  
 bus equidem cogitatis adeo sollicitor: ut non eos tan-  
 tum hodie arbitrer interesse quos cerno: sed assistere  
 obuersariq; dicturo Catones ipsos & Tullios & horten-  
 sios: omnesq; illos oratores putem: qui me in posteris  
 suis audiunt. Ita multiplici circũuentus metu: quasi pa-  
 rum habeam timere quod uideo: quod timeam. Quid  
 ergo? nouus ne me pavor & inopina trepidatio in ipso  
 dicendi tempore depræ hendit. Mihi uero ii omnes qui  
 bus altrinsec? iactor æstus diu âtemeditati longeq; pro-  
 specti sunt. sed cum admiratione uirtutum tuarum ab  
 ultimo galliæ recessu: qua littus oceani cadentem exci-  
 pit solem: & deficientib? terris sociale miscetur elemen-  
 tum ad contuendũ te adorandumq; properasse: ut bona  
 quæ aatribus ceperam: etiam uisu usurparẽ. Timui fate-  
 or pii laboris officium impia taciturnitate corrumpẽ.  
 Ita dum obsequio interpretor impudentiã: dum in eun-  
 dem hominem non puto conuenire gaudium & silenti-  
 um: duas res diuersissimas iunxi: metum & temeritatẽ.  
 Quin & illud me impulit ad dicendũ: quod ut dicerem  
 nullus adigebat. Non enim iam coacta laudatio & ex-  
 pressæ metu uoces periculum silentii redimunt. fuerit  
 abieritq; tristis illa facundiæ ancillãtis necessitas: cum  
 trucem dominum auras omnes plausuum publicorũ  
 uentosa popularitate captãtem mendax assentatio titil-  
 labat: cum gratias agebant dolentes: & tyrannum non  
 prædicasse: tyrannidis accusatio uocabatur. Nunc par-  
 tacendi dicendiq; libertas: & quam promptum laudare

principem : tam tutum siluisse de principe . Libet igitur redditam postliminio securitatem loquendo experiri . libet inquam : quia neminem magis laudari imperatorem decet : quam quem minus necesse est . De te igitur mihi sermonis huius auspiciū erit ille felicitatis publice auspex dies : qui te primus inaugurauit imperio . Nam ut diuinis rebus operantes in eam cæli plagam ora conuertimus : a qua lucis exordium est : sic ego uota uerborum quæ olim nuncupaueram soluturus id oratione tempus afficiam : quo romana lux cœpit . Iacebat innumerabilibus malis ægra : uel potius dixerim : exanimata respublica barbaris nationibus romano nomini uelut quodam diluuiō superfusis . Sed parcā replicare causas ; & placatum uulgus offendere . Nam cum per se uiuax sit recordatio calamitatum : tum mihi metus hanc gaudiorum præsentium lucem tristium commemoratione fuscare . Faciam ergo quod facere præstantes scientia medicos sæpe uidi : aliorum uulnerum cicatrices : postquam cutem sanitate duxerunt : manu pendente tractabo : præsentisse & singulos uniuersosq; rogasse contentus : an cum inter omnes liqueret fessis rebus medendum : tali aliquo uiro publicis gubernaculis admonendo : qui imperatoris unius tueretur ætatem : alterius iuaret laborem : potuerimus huiusmodi uel optare ? In integro itaque rem totam esse faciamus : & in quodam orbis terrarum comitio quæri putemus . quis nam sit ille : qui debeat tantam molem subire : & nutantia romanæ rei fata suscipere . Nonne his omnium suffragiis hominum tributim centuriatimque legeretur : cui felix per

48  
atria : cui domus clara : cui forma diuina : cui ætas in  
tegra : cui militarium ciuiliūque rerum usus conti  
gisset ? Cuncta igitur a capite proposito ordine profe  
quamur : iam profecto constabit eum principem de  
claratum : qui & ab omnibus legi debuerit : & ex om  
nibus . Nam primum tibi mater Hispania est terris  
omnibus terra felicior : cui excolendæ atque adeo di  
tandæ impensius quam cæteris gentibus supremus ille  
rerum fabricator indulxit : quæ nec austrinis obnoxia  
æstibus : nec arctois subiecta frigoribus media foue  
tur axis utriusque temperie : quæ hinc pyreneis monti  
bus:illinc oceani æstibus:inde tyrrheni maris littoribus  
coronata naturæ solertis ingenio uelut alter orbis in  
cluditur . Adde tot egregias ciuitates . adde culta incul  
taque omnia uel fructibus plena uel gregibus : adde  
auriferorum opes fluminum: adde radiantium metalla  
gemmarum . Scio fabulas poetarum auribus mulcen  
dis repertas aliqua nonnullis gentibus attribuisse mira  
cula : quæ dum sint uera sunt singula : nec iam excu  
tio ueritatem . sint ut scribitur gargara prouentu læta  
tritici meuania memoretur armento : campania cense  
atur monte gaurano : lydia prædicetur amne Pactolo :  
dum hispaniæ uni: quicquid laudatur : assurgat . Hæc  
durissimos milites: hæc expertissimos duces: hæc facun  
dissimos oratores: hæc clarissimos uates parit : hæc iu  
dicum mater : hæc principum est : hæc Traianum il  
lum: hæc deinceps Hadrianum misit imperio . huic te  
debet imperium . cedat his terris terra cretensis parui  
Iouis gloriata cūabulis: & geminis delos reptata numi

nibus : & alumno Hercule nobiles thebæ : fidem constare nescimus auditis : deum dedit hispania quem uidemus . Erat iustæ compensationis occasio : ut qui de patriæ tuæ laudibus pauca dixissem : patris saltem uirtutibus prædicandis prolixius immorarer . sed quid faciam ? nouam quandam patior ex copia difficultatem . quid inquam faciam ? quæ rhenus aut uachalis uidit aggrediar ? iam se mihi sarmatica cæde sanguineus Ister obiiciet . attritam pedestribus præliis batauiam referam ? saxo consumptus bellis naualibus offeretur . redactum ad paludes suas scottum loquar ? compulsus in solitudines auias omnis alamanus : & uterque maurus occurrent . Cum igitur impediatur turba delictum : ad hoc tanti uiri præstet gesta in summum referre : quam enumerando tenuare . Dixisse sufficiat unum illum diuinitus extitisse : in quo uirtutes simul omnes uigerent : quæ singulæ in omnibus prædicantur . An si eius sæculo mos ille uixisset quo romani duces macedonici cretici numantini de uocabulis gentium subæstarum adoptiuum insigne sumebant : nonne hodie pauciora in annaliû scriniis quam in uestræ demus titulis cognometa legerentur ? Cum ipse saxonicus : ipse sarmaticus : ipse alamanicus diceretur : & quantum tota respublica habet hostium : tantum una familia ostenderet & triumphorum . Sed quid necesse est mitti in præteritum diligentiam curiosam ? patrem Imperatorum tuum de te æstimem : nec difficilis coniectatio est . Nam cum duo sint quæ claros duces faciant summa uirtus summaque felicitas : scire obuium est : qua fuerit felicitate præditus qui te genuit . O digna Imperatorum nobilitas : eius esses



79  
filium principē: qui princeps esse debuerit: qui hunc ro-  
mani fastigii apicem non solum fortitudine atque sapi-  
entia sed decore etiam corporis & dignitate potuerit  
æquare: uelut tua hæc forma uenerabilis quã fortunæ  
suæ par est: quam longe lateq; conspicua cõmendat im-  
perium: ut plane in ambiguo sit utrum te magis no-  
stris mentib? an obtutibus uultus insinuet. Non fru-  
stra plane opinione sapientũ: qui naturalium momen-  
ta causarum subtilius sciscitati arcanis celestibus nobi-  
les curas intulerunt: augustissima quæq; species pluri-  
mum creditur trahere de cælo. Siue enim diuinus ille *corpus a*  
animus uenturus in corpus dignum prius metatur ho-  
spitium: siue cum uenerit: fingit habitaculũ pro habitu  
suo: siue aliud ex altero crescit: & cum se paria iunxerūt  
utraque maiora sunt: parcam arcanum cæleste rimari:  
tibi istud soli pateat Imp. cū deo consorte secretũ: illud  
dicam q̄ itellexisse hominẽ & dixisse fas est: talẽ esse de-  
bere q̄ a gentib? adoratur: cui toto orbe terrarũ priuata  
uel publica uota reddunt: a quo petit nauigatur? serenũ  
pegrinatur? reditũ: pugnatur? auspiciũ. Dudũ: ut uideo:  
dedignaris hanc gloriã: sed patere eã in laudũ tuarũ par-  
te constitui: quæ solebãt in aliis sola laudari. Virt? tua  
meruit iperĩũ: sed uirtuti addidit forma suffragiũ. illa  
præstitit ut oporteret te pricipẽ fieri: hæc ut deceret. An  
uero quicq̄ putam? imperii tui declaratiõẽ præteritũ: cũ  
ductã esse rõnem ipsorũ et uideamus annorũ? Cui? quidẽ  
rei ita fuit cura maiorib?: ut nõ solũ in aplissimis magi-  
stratib? adipiscẽdis: sed in præturis quoq; aut ædilitati-  
bus capessẽdis ætas spectata sit petitorũ: nec quisq̄ tan-  
tũ ualuerit nobilitate uel gratia uel pecunia qui annos

comitali lege præscriptos festinatis honoribus occu-  
parit . Nec iniuria id quidem : nam & qui uenturi  
sunt in uirtutis adoptionem : illo tamen adolescentiæ  
lubrico ut non cadant titubant . An non clarissimos no-  
minis romani uiros : illos Catulos Scipiones loquor :  
aliquantisper sibi luxuria uendicauit ? quos & si ad por-  
tum mutati in melius reuexerint flatus : diu tamen ui-  
tiorum turbo iactauit : & naufragos atque fluctuantes  
ab illis quibus mersabantur erroribus : ægre ætas rece-  
pit . Bene igitur cuncta quadrarunt : & cæteris quæ in  
numera congruebant : anni quoque suum iunxere suf-  
fragium : qui soli in homine perfecti bono duarum po-  
tunt ætatum uirtute iuuenum & maturitate seniorū .  
Prius fortasse imperium inire debueris : ut diutius im-  
perares : sed sine exempli periculo prouidebit ne quid  
amiseris : uita longiore pensandum quod ex præterito  
perdidisti . Parum interest quando cœperit terminum :  
non habebit . Hactenus in te prædicata sint Imp. dona-  
fatorum : nunc ad ea proferamus gradum : quæ tibi de-  
bes . neque enim tua illa præterita bellicæ rei gloria :  
quam per tot laborum experimenta quæsisisti : ascriben-  
da fortunæ est : cui hoc nomine etiam succēseri potest :  
quod quem sceptro & solio destinauerat : nunquam in-  
dulgenter habuit . Sed ut seueri patres his quos plus  
diligunt : filius tristiores sunt : ita illa te plurimis bel-  
lis & difficillimis reipublicæ temporibus exercuit : dum  
aptat imperio . Et prius quidem quam ad illa ueniam :  
quæ æui maturus egisti : summam tuam illud at-  
tingam cum patre diuino castrense collegium : actas

50  
sub pellibus hyemes : æstates inter bella sudatas : dies  
noctesque præliando aut uigilando consumptas : gra-  
uissimas pugnas terra marique pugnatas . Non tam  
patiens Aphricanus rudiméta militiæ sub Paulo patre  
tolerauit . Nec pari indole Hannibal puer in tentoria  
hispana successit : nec futurarum spe certiore uirtutum  
philippea castra Alexander nondum magnus impleuit.  
Quos & si plurima laude dotauerit amplificatrix ueri  
uetustas : nihil plus tamen blandita præstitit : quam  
ut eos in his annis secutos regum aut ducum castra  
uulgaret : in quibus tu ita fortiter multa gessisti : ut  
ea non tantum Alexander aut Aphricanus aut Hanni-  
bal uidere dum discerent : sed parentes atque institu-  
tores eorum optassent facere dum docerent . Quam te-  
cta sunt semper consilia fortunæ ? quis quæso tum pu-  
blicis rebus non putasset inimicum tuum illum a sta-  
tione castrensi ad quietem receptum ? Enin uero illa  
futurum principē comens idcirco paulisper noluit esse  
priuatum : ut quia iam ad plenum bellicis artibus abun-  
dabas : usus ciuilis experiens sub ocii tempore reddere  
ris . Quid ni : ego tuum ocium aliorum negociis ante  
uerto : non enim te amoena littora nec dispositi ad tem-  
porum uices habuere secessus : sed siue tu agris siue op-  
pidis tempus dabas : rem & famam pariter augebas :  
& in urbibus quidem omnium ætatum ordinumq; ho-  
mines iis aut illis beneficiis appræhendebas : amico-  
rum commoda absentium . negocia . assiduitate . consilio  
re iuuabas . Iam si placuisset oppida rure mutare : ut tu  
uitæ oblitus urbanæ exequeris agricolâ ? Audio etiã  
Imp. & credo sæpe aliqua te laboræ tibi iniūxisse : & ne

contraheres corporis ueternū cuiuscemodi semp opere  
insidiantis oculi tersisse rubiginem . Sic agrestes Curii:  
sic ueteres Coruncani : sic nomina reuerenda Fabricii  
cum induciæ bella suspendebāt: inter aratra uiuebant:  
& ne uirtus quiete languesceret : depositis in gremio  
capitolini Iouis laureis triumphales uiri rusticabant .  
Inde est quod accepimus datos serentibus fasces: & mis-  
sas cum curulibus suis per rura palmatas: quod agrico-  
las consulares pastoresque trabeatos & dictatores inter  
armenta uestitos . Sed illos quidem angusta res fami-  
liaris addicebat labori : ut quibus ipsi suburbani horti  
præcep̄sque ianiculum : & iugera arctata pomerio uo-  
mere essent aut ligone uersanda: nec iniuria opus reuer-  
teretur ad dominos: cum deerant quibus iuberent . De-  
trahit laudem patientiæ inopia . maioris exempli est  
labor sine necessitate . Gaudent profecto diuina per  
petuo motu : & iugi agitatione se uegetat æternitas:  
& quicquid homines uocamus laborem : uestra natura  
est . Ut indefessa uertigo cælum rotat : ut maria æsti-  
bus inquieta sunt : & stare sol nescit : ita tu Imp. con-  
tinuatis negotiis & in se quodam orbe redeuntibus  
semper exercitus es . Vix tecta hispana successeras: iam  
sarmaticis tabernaculis tegebaris : uix emerita arma  
suspenderas: iam hosti armatus instabas : uix iberum  
tuum uideras: iam histro prætendebaris . Ne tum qui-  
dem cum in altiolem prouectus gradum iubere tantū  
& diuidere cum negotiis oculū & parta gloria uelut re-  
posito frui posses honore: operā remisisti: qn̄ omniū ca-  
strēsū munera numeros prim⁹ aut cū primis obires: sta

51  
re pro signis: excubias sorte agere: uallum ferre: locum  
bello antecapere: speculatum egredi: castra metari: in  
praelium primus ire: praelio postremus excedere: dux  
consilio esse: miles exemplo: ut iam tum posset intelli  
gi alios imperatori pugnare: te tibi. Illud tamen præ  
cæteris mirum: quod cum omnia faceres ut imperare  
deberes: nihil tamen faciebas ut imperares. Argumen  
to est dies ille cõmunis boni auctor: quo tu cū ad susci  
piendam remp. uocabaris: oblatum imperiū deprecatus  
es: nec dans speciem tantū ut cogi uidereris: sed obnixè  
& diu & uelut impetraturus egisti: quippe aberat causa  
fingendi. non enim te princeps solus & domi & tanquã  
tẽptaret ambibat: sed publicæ & in comitio & ut aliud  
iam facere non posset: prorsus ut nisi imperium affectu  
simplici uoluisses: potueris uelle securus. Expostulari  
hoc loco tecū reipublicæ uerbis necesse est: quæ in sum  
ma tua cunctatione in formidinẽ a media spe relapsa  
tali aliqua te profecto sed quam solus audires uoce con  
uenit. Parum ne me Theodosi hæctenus distulere fa  
ta: ut insuper temptes moras augere fatorum? An ne  
scis rem tuam per momenta consumi? nescis me tibi  
tuisque decrescere? quicquid atterit Gothus: quicquid  
rapit hunnus: quicquid aufert alanus: id olim desidera  
bit Archadius. perdi infortunata Pannonias: lugeo  
funus Illyrici: specto excidium galliarum. Principum  
senior in tanta bella non sufficit: alter & si futurus sit  
aliquãdo fortissimus: adhuc tamen paruus est. Tu dubi  
tas excipere collapsã: & ut nihil differas sero reparandã  
hanc mihi gratiã refers q̃ te etiam felix desiderauit? qñ  
me Nerua tranqll?: amor generis humã. Tit?: pietate

memorabilis Antonin<sup>9</sup> teneret: cum mœnibus August<sup>9</sup>  
ornaret: legibus Hadrian<sup>9</sup> imbueret: finibus Traianus  
augeret: parum mihi uidebar beata quia non eram tua.  
Quid tu mihi faceres: si iuris tui esses? orat ecce te do  
minus meus: orat ecce te dominus adhuc tuus: & qui  
posset cogere: mauult impetrare. Impium quod ab im  
peratore defertur tam tibi nolle iam non licet: quam  
uelle non licuit. Solus igitur Auguste: solus inquam  
omnium qui adhuc imperauerūt: ut princeps esses: præ  
stitisti. Alios empta legionum suffragia: alios uacans  
aula: alios affinitas regia imposuere reipublicæ te nec  
ambitus nec occasio nec propinqtas principem creau  
erunt. Nam & eras a familia impatoris alienus: & adsci  
scebarris tertius: & cogebarris inuitus: inuitus inquam.  
Audite hoc publici parricidæ qui oblita fide dominor<sup>9</sup>  
sceptra cepistis: & periculo non minore quam scelere  
impium uita paciscentes sanguinis pretio regium no  
men emistis: repulsam patitur principat<sup>9</sup>: & unus est  
ambitus candidati ne declaret. Credet ne hoc olim uen  
tura posteritas: & præstabit nobis tam gloriosâ fidem  
ut nostro demum sæculo annuat factum: quod tantis  
infra supraq; temporib<sup>9</sup> nec inuenerit æmulum: nec ha  
buerit exemplū. Sed qui uitæ tuæ sectam rationesque  
cognouerit: fidei incūctanter accedet: nec abuisse dubi  
tabit imperiū sic imperatur<sup>9</sup>. Illi enim: illi auide regna  
desiderant: quos soluta legibus uita delectat: quorum  
crudelitas indemnatos necandi: cupiditas priuata capi  
endi: libido honesta foedandi: ius atque impunitatem  
requirunt. Quid tua intererat te principem fieri: qui  
futurus eras in imperatore priuatus: nisi forte in te ho

die aut pudiciciae remissior cultus: aut minor sanguinis  
humani met? : aut alienae rei maior est appetitus. Idem  
qui fuisti : & tantum tibi per te licet quatum per leges  
licebat ius summum facultate & copia comodandi: no se  
curitate peccandi expiris. Vnum tibi praestitit principa  
tus ut certum haberem? omnes etiam sub impatorib?  
aliis uixisse te legibus tuis , na qui nihil facit liceter cu  
pot: nunq uoluit. Quin tibi primum te imperio deinde  
praestitisti: no content? ipse ultro uitia reiecisse: alienis  
uitiis corrigendis curam adiecisti: idq; moderate ut sua  
dere potius honesta q cogere uidereris. Et qa uel longo  
orientis usu uel multoz retro pricipum remissione tan  
tus quosdam luxus infecerat: ut adulta cosuetudo lasci  
uia haudquaq facile uideretur obtemperatura medicinae  
nequis se pati iniuria putaret: a te uoluisti incipere cen  
suram: & impendia palatina minuendo: nec solum abun  
dantem reuicendo sumptu : sed uix necessariu usurpan  
do dimensum : quod natura difficillimu est emendasti  
uolentes. An quis ferret moleste ad principis semet mo  
dum coerceri: aut subtractum sibi doleret de priuata lu  
xuria? cum uideret impatorem rerum potentem terra  
rum hominuq; dominu parce conteteq; uiuentem mo  
dico & castrensi cibo ieiunia longa solantem: ad hoc au  
lam omne spartanis gymnasiis durioris laboris patien  
tia frugalitatis exemplis abundantem: nemine unum in  
ueniri qui auderet ad penu regiam flagitare remotoz  
littoz piscem: pegrini aeris uolucres: alieni teporis flore  
Nam delicati illi ac fluentes & quales tulit saepe resp.  
parum se lautos putabat: nisi luxuria uertisset annum:  
nisi hybernæ poculis rosæ innatassent : nisi æstiuam

in gēmis capacibus glaciē falerna fregissent. horū gulæ  
angustus erat noster orbis : namq; appositas dapes nō  
sapore sed sumptu illis demū cibis acquiescebāt : quos  
extremus oriens aut positus extra romanū colchus im  
perium aut famosa naufragiis maria misissent: quos in  
uitæ quodāmodo reluctantiq; naturæ hominū pericla  
rapuissent. Vt taceam infami sæpe delectu scriptos in  
prouinciis aucupes ductasq; sub signis uenatorū cohortes  
militasse cōiuiis. nōne cognouim? cuiusdam retro  
prīncipis non prandia sæpe sed fercula sestercium milies  
æstimata patrimoniōꝝ equestriū pretia traxisse? Tuæ  
Imp. epulæ mensis cōmunib? parciores locoꝝ ac tempo  
rum fructibus instruunt. Hinc certatī in omnes luxu  
riæ pudor parsimoniæ cursus inoleuit : & quiescētibus  
legum minis: subiit q̄doq; priuatim sui pœnitētia. Sic  
est enī: sic est: exasperat hoīes imperata correctio : blan  
dissime iubetur exemplo. Sed cum hæc & ad hunc mo  
dum cætera mores hominū & instituta formarint: tum  
nihil abdicandis uitis adoptadisq; uirtutib? impensius  
sentio profuisse: quam quod his te uiris semper dedisti  
quos affectare publica deberet imitatio: quāquam faci  
le tibi fuissent sequaces discipuli: tam cæteris expetēdi  
essent magistri. Vt de his sileam quos tibi primus ille  
nascentis iperū dies obtulit tantis uirtutibus præditos  
ut non pro copia sumpti sed ex copia uiderent optati:  
quos tu postea qualesq; legisti: qbus prouinciāꝝ custo  
diam: quibus militaris rei summā: qbus consilioꝝ tuoꝝ  
arcana cōmitteres? Ergo cum duplex fuerit iste delect?:  
unus ex iudicio: alter ex fato: incertum meliores uiros  
sapiētia tua an fortuna quæsiuerit: cū tales uel exceptos



habeas uel repertos : ut & illi meruerint teneri : & isti  
 debuerint cooptari . Ecquis imperatorꝝ unquã putauit  
 amicitiaꝝ cultũ in regia laude ponẽdum ? humilis hæc  
 uirtus: dubiũq; uirtus iudicabat : nec palatiis digna sed  
 periculis habebat . Inde facilius inueneris qui pecuniã  
 ex ærario: q̃ qui ex animo fidem p̃sumpserint . Optimus  
 ille ditabat non etiã diligebat: prodesse nouerat: amare  
 nesciebat . Tu amicitiaꝝ nomen ante priuatũ non solum  
 intra aulã uocasti : sed indurã purpura auro gemmisq;  
 redimitã solio recepisti: req; nõ uerbis asseruisti: princi  
 pis mentẽ tanto in suos benigniorẽ esse debere: quanto  
 sit fortuna præstantior : cum fide ac facultate paribus  
 agas: & familiarib; tuis Imp. tribuas quod priuat; opta  
 ras. Quanq̃ quæ capere uota potuerunt quod plæriq; te  
 principe cõsecuti non sunt: nec nunc de his honorib; lo  
 quor : quos in quẽcunq; conferre impatori necesse est .  
 Dux aliquis euehitur: exigit disciplina castrorꝝ: præfect;  
 attollitur: imponendũ est prouinciæ caput: consul creat;  
 habitur; est nomen annus . ita in sũmis illis pulcherri  
 misq; beneficiis est aliqua præstãtis utilitas . A te noua  
 benignitate is amicis honos habit; est: qui totus esse il  
 lorꝝ qbus differebat: nihilq; ex eo ad te redundaret nisi  
 dandi uoluptas: cui cũ essent domi filii gemiã illæ spes  
 oculiq; reip. dilatis eorꝝ magistratib; amicos consulatu  
 ornauit . Si me hercule uir ille diuin; felicitatis publicæ  
 auctor parẽs tuus uiueret: quid aliud expectasset a filio  
 quam ut nepotib; anteferretur: præstitisti igit̃ amicis;  
 quo plus nec patri præstare potuisses . O beniuolentiã  
 tuã singulare consiliũ : auges tempore dignitatẽ : quæ  
 incrementũ ex magnitudine nõ habebat: renunciantur

amici ante filios tuos cōsules: q̄a nō poterāt plus esse q̄  
cōsules. Eat nūc sui uetustas ostētatrix & illa inumeris  
litterarū uulgata monumētis iactet exempla: Pyrithoi  
fidem prædicet: & decantatum omnibus scænis phocei  
iuuenis laudet officiū: Pythiam etiā si uideat dicat & Da  
mona: quorū alter in amici morte se uadē obtulit: alter  
ad diem uadatae mortis occurrit: ut hæc esse uera creda  
mus: quæ mendaciis uatum in plausus aptata cauearū  
fidem tēpori debent. num præstare credendū plus possu  
mus: q̄ ut istos q̄ amiciciæ laude censent: amicos fuis  
se q̄ sui diligētiores putem? Sed cum instituēte natura  
plus fere filios quā nosmetip̄os diligam? : omne uicit  
exemplū qui amicos his prætulit: quos sibi præferbat.  
Sed tu quidē ad exornandā debentiū uerecūdiā quæ in  
tuos confers non uis uideri præstare sed reddere. Gera  
mus tibi morē: & beneficiorū summas tuorū pro tua uo  
luntate ducētes: quicquid familiarib⁹ tuis tribuis non ex  
pendi potius sed rependi putem us. Enī uero cū leuiter  
cognitos aut etiā semel uisos his honorib⁹ simul dicas  
q̄bus & amici possent esse contenti: nōne oībus uis pro  
bare amicū tibi esse qui bonus sit? cuiquē quid publici  
mandatū fuerit officii præmiū spondet & redditur. sibi  
humilitatē & tenebras suas imputet iacens uirtus: quæ  
non obtulit se probandā. quod consciētiae tuæ sufficit:  
honorat⁹ est qui probatus. Velim tu dicas unde cū tan  
tis promissa p̄soluas: quid cui p̄miseris scias: nec te uel  
reip. cura uel ipsa illa tuorū beneficiorū turba cōfundat:  
ut parcior tardior uel tempore quē modo uel decipias.  
Quis debitor uerecūdus ita mutuū ad diē reddit: ut tu  
quod promittis appendis? nec imponi negligentibus

34  
arbitreris:quotidie in beneficia tua quærim? & memo-  
riam cōuenimus:& ne singulis insidietur obliuio:cum  
altero quisq; cōferimus:unū inuenire nō possum? cuius  
spem atq; expectationē non dicam fefelleris: sed:quæ  
delicatioꝛ est querela:distuleris. Solam ne me impator  
beniuolentiā tuam mirari putas? at ego miror etiā me  
moriā.nam cui Hortensio Luculo ue uel Cæsari tam  
parata unquā affuit recordatio q̄ tibi sacra mens tua?  
loco momētoq; quo iusseris reddit omne depositū. Vtq;  
te tamen ipse admones? an ut illi maiestatis tuæ parti-  
cipi deo ferunt assistere fata cū tabulis: sic tibi aliq̄ uis  
diuina subseruit:quæ q̄ dixeris scribat & suggerat? Ni-  
hil ita primorib; labris polliceris:quin promisso fidem  
subdas:& uerba re sancias. Nemo iam nemo beneficia  
quæ dederis ab eo credit tēpore cōputāda quo dederis:  
q̄a tam sint certa quæ spondes ut tum uideant accepta  
cū spondes. Iam idipsum q̄ ante p̄mittis nōne de sum-  
mo purissimæ mentis candore p̄ficiscitur? Nam cui? est  
animi nec uota hominū fatigare? nec adhibere muneri-  
bus artem difficultatis? sed denūciare præstanda: ut &  
prolixior sit sensus bonor;:nec repentina felicitas faciat  
attonitos & similes reddat ingratis. Animos.n.nostros  
subitis affectibus impares p̄inde læticia ac dolor si de  
præhendat externat. An non illa romana pietatis notis-  
simæ mater nūcio mali cannēsis exterrita filio reduce  
quæ flebat diriguit in mortē? nec par esse gaudio potu-  
itque sup̄fuerat orbitati? Consciuis igitur cælestis arca-  
ni & naturalium depositor; mauius hominibus sperata  
p̄cedere q̄ insperata supuenire beneficia.nec immerito  
namque fugitiua successuum repentinor; uoluptas: ut

occupat sic relinqt: felicitas longior est expectare securus.  
Itaq; cū haften? natura esset statutū: ut bona sua hoies  
nescirēt: & tū primū incipient felicitate gaudere: cū cōe-  
pissent esse felices: tu pmittendo præstanda iuenisti tē-  
pus qđ nobis natura subtraxerat: ut quos adempta solū  
iuuabant: et adipiscēda delectent. Pari benignitate cū  
plures afficere honoribus uelles q̄ honori loca admitte-  
rent: & angustior esset materia uolūtate nec mentē tuā  
q̄uis diffusam caperet imperiū: quē nōdum aliquo pue-  
xisti gradu tamen dignatiōe es solatus. Atq; haud scio  
an quibusdā consolatio ista suffecerit. ille cohonestat? af-  
fatu: ille mensa beatus: ille osculo cōsecratus est. Ita oī-  
bus qui te p̄cipe sibi iure cōfiderent: aut p̄cessit digni-  
tas: aut satisfecit humanitas: humanitas inq;: quæ tam  
clara in impatore quā rara est. Nam cū indiscreta feli-  
cium p̄dissequa sit supbia: uix cuiq; contigit & abun-  
dare fortuna & indigere arrogantia. Cui? quidē ita ma-  
iores nostros semp̄ pertesū est: ut grauiorē semp̄ puta-  
uerint seruitute cōtemptū: eiusq; impatiētia sint coacti  
post bellatores Tullos Numasq; sacrificos & Romulos  
conditores regnū usq; ad nomen odisse. Deniq; ipsum  
illū Tarq̄nium execratione postrema hoc damnauerūt  
maledicto: & hominē libidine p̄cipitē auaricia cæcū  
īmanem crudelitate furore uecordem: uocauerūt super-  
bum: & putauerūt sufficere cōuitium. Quod si per rez-  
naturā liceret: ut ille romanæ libertatis assertor: regii-  
noīs Brutus osor precariæ redditus uitæ sæculū tuum  
cerneret studiis uirtus parsimonix humanitatis imbu-  
tum ac refertū: nullū toto orbe terrarū supbiæ libidinis  
crudelitatis extare uestigiū: iam te ipsum qua publicæ

qua priuati uideret priscoꝝ duricia ducū castitate pontificum consulū moderatione petitoꝝ comitate uiuentē mutaret profecto sententiā tanto post suam: & cum romanam dignitatē ac libertatem probaret: meliore in statu impatore te esse quam cōsule se fuisset necessario fateretur Tarquinū submoueri debuisse: non regnum. Sed quod facere magnas urbes ingressi solemus: ut primum sacras ædes & dicata numini summo delubra uisamus: tum fora atq; gymnasia & pro suis extenta portibus ambulacra & claustra miremur: ita in laudibꝫ tuis sanctos palatii ritus & priscis æquāda cerimoniis instituta uenerati gradum ad illa pferimus: quæ in medio cōstituta ad publicos usus facientia: non partim sed in cōmune conducunt: nec parietibus sed orbe claudunt: nec tecto sed cælo operiunt: uelut primum: id est ne statim summa capiam?: quod creber egressu expectātibus populis te fateris: nec uideri modo patiens sed facilis adiri: e proximo accipis uota hominū tuoꝝ: ut quisq; illē consultor est etiam: si meruerit: quod est rarꝫ repulsam ferat tamen ut sui numinis conscientiā. At q̄ alter illorum principū mos fuit: quos loquar notum est: qui maiestātē regiam iminui & uulgari putabant: nisi eos intra repositum palatinæ ædis inclusos tanq̄ aliquod uestale secretū ueneratio occulta cōsuluisset: nisi intra domesticā umbram iacentes solitudo p̄uisa & silentia late conciliata uallassent. Quin si quando in lucem uenire & diem ferre potuissent: lecticis thensisq; subuecti & densissima circum supraq; cooperti uirorum armōꝝ que testudine sensim atque ad numerum mouebant: tum longe populus abigebatur: nec ociosa uiatoris

manus plebem uerbere submouebat: ut secretum esset  
in publico . At noster hic omnib? spectandus affertur:  
nec magis cōmunem hunc diem atque solem quā no-  
strum imperatorē uideri licet . Quin cum uicinum ha-  
beant permissa fastidiū: nunquam iste mirantes explet  
oculos: magis magisq; uisus expetiť: & nouū dictu præ-  
sens desiderat . Miremur ī urbib? tuis & a tuis populis  
te uideri : quē fere nulla in solo suo natio externa non  
uidit: idq; ita crebro ut pene tam not? sit barbaris uult?  
iste q̄ nobis : nec frustra cum æstates oēs foris hyemes  
domi ducens ciuib? hostibusq; pari sorte anni spatia di-  
uiseris . Et si qui forte sunt barbaroz: qui nōdum uirtu-  
tis tuæ fulmen excepint : noīs terrore perculsi & uelut  
afflati quiescāt . Tua . n . impator auspicia non hæ tantū  
gentes tremunt: quas ab orbe nostro siluaz interualla  
uel flumia mōtesue distingūt: sed quas æternis ardori-  
bus inaccessas aut cōtinna hyeme separatas aut interfu-  
sis æquorib? abiunctas natura distermiat . Non oceano  
indus : nō frigore bosphoran? : nō arabs medio sole secu-  
r? est . Et quo uix puenerat nomen ante romanū accedit  
impium . Dicam ne ego receptos ad seruitium gothos  
castris tuis militē terris sufficere cultorē ? Dicā a rebel-  
libus sarracenis pœnas polluti foederis expetitas? dicā  
interdictū scythis tanaim? & imbelles arcus esse fugien-  
tis albanī? quæcunq; natio barbaroz robore ferocia nu-  
mero grauis unq̄ nobis fuit: aut boni consulit ut quie-  
scat: aut lætat quasi amica si seruiat . Persis ipsa reip. no-  
stræ retro æmula & multis romanoz ducū famosa fune-  
ribus quicqd unq̄ in principes nostros inclamēt? fecit  
excusat obsequio . Deniq; ipse ille rex eius dedignatus

antea confiteri hoïem iam fatetur timorē : & in his te  
 colit templis in qbus colit̃ tum legatione mittēda gem  
 mis sericoq; præbēdo ad hoc triūphalib? bælluis in tua  
 esseda suggerēdis:& si adhuc nō est fœderat? iā tamen  
 tuis cultib? tributari? est. Ne tamen Imp. existimes cun  
 cta me ad aurium gratiā locutus: triūphis tuis gallicis  
 stupeas licebit: irascimur: dū in remota terrarū uincēdo  
 pcedis: dum ultra terminos reꝝ metasq; naturæ regna  
 orientis extēdis : dū ad illos primæ lucis idigenas & in  
 ipsū si qđ solis cubile est festinas: iuenit tyrann? ad sce  
 lera secretū. O q̃ paruis ueniunt sūma mala principiis.  
 sic in ultimū prope italici generis excidium & effracto  
 Gn. Lentuli ludo uurnullonū agmen emicuit. sic bella  
 cōsulibus ancipiti Marte pugnata cilix pirata conflauit  
 sic tenētibus arma fugitiuis romana diu pila cesserunt  
 ferro ergastulorū. Quis non ad primū noui sceleris nun  
 cium hominē risit? nam res infra dignitatē iracundiæ  
 uidebat: cum pauci homines & isulani totius incendiū  
 cōtinentis adolerent:& regali habitu exulem suum illi  
 exules orbis induerent. at q̃tos parturiebat fortuna mo  
 tus: q̃tum reip. malū pestis augenda: quantam tibi glo  
 riam restinguēda seruabat : præcipue cum perfidia du  
 cum defectione legionum contra rempublicā fuerat ar  
 matum . Nolo tamen usquequaq; miserorū uel factum  
 onerare uel fatum : qui dum carnifici purpurato tua se  
 & affinitate & fauore iactanti infelicititer credūt: grauiissi  
 mum omnium nefas fecerunt affectu innocentiū. Intel  
 ligo quam difficilem in locum scopulosūq; deuenerim.  
 nam cum reuolui id lustrale iustitium aures tuæ respu  
 ant : laudes petant : gloriæque intersit ad præsentium

*Handwritten notes in red ink, possibly a signature or initials.*

cōmendationē bonorū mala decursa reputari: cōtra uero  
clāmētia summa beneficiū suum malit īminui q̄ tristi  
um enumeratione cumulari: necesse erit me uel tacentē  
publica incōmoda uel loquentē aut ingrātū uirtuti aut  
onerofū esse pietati. Sed tamen īpator exiguā sensibus  
tuis iniūge patientiā. Nam si dulcis in bonis miseriā  
r: cordatio est: si nautas tēpestatū : si medicos iuuat me  
minisse morborū: cur non tu quoq; mala nostra audias  
ut tua beneficia recognoscas? Vnde igitur ordiar nisi a  
tuis mea gallia malis? quæ ex oībus terris quas illa pe  
stis īfederat: haud iniuria tibi uindicas præuilegiū mi  
seriā: nō aurib? modo quāz sensus est leuior: sed corā  
oculis fere compulsā uictoriā Maximi interitū Gratia  
ni. Alta licet uulnera: quod fatendū est : p̄ximus nobis  
italus & contigu? ostendat hispanus : sed in dolore suo  
habet suum uterq; solatiū: tyrannidē ille non uidit: hic  
tyrānicidium uidit. Hos primi impetū belluæ furentis  
excepim?: nos sæuiciam eius innocentīū sanguine: nos  
cupiditatē publica paup̄tate satiauim?. apud nos semel  
exercuit crudelitas iam secura & adhuc inops auaricia.  
Alibi malū publicum aut cœpit aut destitit: in gallia se  
dit. Quis se nobis calamitate contulerit? tyrannū & cū  
alus tulimus & soli. Quid ego referam uacuatās muni  
cipibus suis ciuitates: impletas fugitiuis nobilib? solitu  
dines? Quid p̄functorū honoribus summis uiroꝝ bona  
publicata? capita diminuta? uitā ære taxatam? Vidimus  
redactas in numeꝝ dignitates & exutos trabeis consula  
res & senes fortunāꝝ iuperstitēs & infantīū sub ipso se  
ctore ludentiū flendam securitatē: cum interim miseri  
utebamur agere miseros: imo oēs cogebamur mentiri



57

beatos: & cū domi atq; secreto solis cōiugib? ac liberis  
credidissim? furtiuū dolorē: pcedebam? in publicū non  
nostræ fortunæ uultu. Audires. n. dicere delatorē: qd ita  
ille tristis incedit? an qā pauper ex diuite est? non. n. se  
uiuere gratulatur: quid ita publicū atratus incesstat? lu  
get credo fratrē: sed hēt filiū. ita fieri nō licebat amissa  
metu reliquorū. Serenos ergo nubilis mentib? uultus in  
duebamus & ad illoꝝ uicē qui degustato sardorū grami  
nū succo ferunt in morte ridere: imitebamur læta mœ  
rentes. Est aliqđ calamitatū delinimētū dedisse lachry  
mas malis & pecc? laxasse suspiriis: & nulla maiore pœ  
na q̄ esse miserū: nec uideri. Spes iter hæc nulla prædōis  
explēdi: nec. n. ut nat̄a fert copiā satietas sequebat̄. cre  
scebat in dies habendi fames & parādi rabiē parta irri  
tabant. Ut ægrorum sitim potus accēdit: ut ignis aren  
tibus non obruitur sed augetur: ita coactæ publica ege  
state diuitiæ auiditatem ieiunæ mentis acuebant. Sta  
bat ipse purpuratus ad lances & momenta ponderum  
nutusque trutinārum pallens atque inhians exigebat.  
Comportabant̄ interim spolia puinciarum exuuiæ exu  
lum bona peremptorum: hic aurum matronarū mani  
bus extractum: illic raptæ pupillorum ceruicibus bul  
læ: istic dominorum cruore perfusum appendebatur ar  
gentum. Numerari ubique pecuniæ: fisci repleti: æra  
cumulari: uasa concidi: cuiuis ut intuēti non id impera  
toris domicilium: sed latronis receptaculū uideret̄. Sed  
tamen latro raptis abuti: & ablata aliis sibi reddit nec  
ideo uias saltusq; obsidet ut thesaurū struat atq; defodi  
at & cū scelere miser sit: sed ut gulæ uentriq; suppetat:

& nec desit sumpt? impendiis: nā & effundit & negligit  
eadē perdendi & quærendi facilitate. Noster ille pirata  
quicqd undecunq; cōuenerat: id nobis sibiq; periturū in  
illā specus sui charybdim cōgerebat. Carybdi loquor?  
quæ cū plena nauigia sorbuerit: dicit tamen reiectare  
naufragia: & cōtortas fundo rates taurominitanis litto  
rib? exponere: bona nostra ad ærariū una & ppetua uia  
ibant: nullas eorū reliqas nulla fragmēta uel sero uicta  
fastidio illa cōis uorago reuomebat. Est improborū prin  
cipum postrema defensio auferre domandi gratia: & in  
uidiam rapinæ magnitudine munerū deprecari: quæ  
malū ratio est abstulisse oibus quod null? haditur? sit?  
Et priuatorū quidem auariciæ licet mala: tamen aliqua  
defensio est: timet inopia: & reponit senectuti: & prospici  
tur hæredi: quam affert causam cōcupiscendi qui quā  
tum ubiq; est habet? Quin ego si fas piumq; mortali  
bus extimare cælestia: nullam maiorem crediderim esse  
principum felicitatem: q̄ fecisse felicem & intercessisse  
iopiæ & fortunā uicisse: & dedisse homini nouū fatum  
Itaq; imperatori propriam maiestatem extimanti nō tam  
id suum uideri debet quod abstulit: quam quod dedit.  
Nam cū intra ipsum uoluātur omnia: & ut ille qui cun  
cta ambit oceanus: quas suggerit aquas terris recipit e  
terris: ita quicqd in ciues manat a principe redundat in  
principē: & rei & famæ bene consulit munific? impera  
tor. Lucratur enim gloriam: cum det pecuniam reuersu  
ram. Sed illi quidem stultā omnis ratio captandæ lau  
dis uidebatur: qui præter insitum pessimo cuique bo  
ni exemplum summam felicitatem habendi ac nocen  
di sine determinans non solum: ut quam plurimum

quæreret: sed ut nihil cuiq̄ reliq̄ faceret laborabat. Nec  
enī: qui regibus mos est: exercendis iuigilabat metallis  
ut latentia naturæ bona in usū arcesseret: & pararet in  
noxias nullo pauperiore diuitias. Pars ille pretiosū puta  
bat auz̄ q̄ de montiū uenis aut fluminū glareis quæsi  
tor bellus scrutator callaicus exuisset. illud puri? splen  
didiusq; credebat: quod dedissent dolentes qđ hominū  
lachrymæ nō amniū aquæ abluissent: nec e terrenis spe  
cubus egestū sed e ceruicib? iugulisq; cæsoꝝ esset effos  
sum. Sic cū immitis tyrāni & stilius timeret & gladius:  
transierat in uota paupertas: & ut possem? effugere carni  
ficem: optabam? subire sectorē. Quod si ille cui pro cæ  
teris sceleribus suis minus crudele fuisse uidetur uestꝝ  
si uestꝝ Vallio triumphalis & trabeate merobandis re  
cordetur interitum: quoz̄ alter post amplissimos magi  
stratus & purpuras cōsulares & contractū intra unam  
domum quendam honorum senatum uita sese abdic  
are compulsus est: alteri manibus satellitum britannoz̄  
gula domi fracta & iniusta foemineæ mortis infamia:  
ut scilicet maluisse uir ferri amātissimus uideretur la  
queo perire quam gladio. Sed in illos fortasse speciales  
putaretur habuisse odiorum causas tyrannus: steterat  
enim uterque in acie Graciani: & Gracianus utrunque  
dilexerat: quid de his dicimus: qui honorum ac princi  
pum nesci & tantum inter suos clari nobiles animas  
sub carnifice fuderunt? De uirorum mortibus loquor?  
cum descensum recorder ad sanguinem foeminarum  
& in sexum cui bella parcunt non parce sæuitum. Sed  
nimis graues suberant inuidosæque causæ ut unco ad  
pœnam clariuatis matrona raperetur: obiiciebat enim

atq; etiam exprobat̃ mulieri uiduæ nimia religio & diligētius culta diuinitas. Quid hoc mai⁹ poterat inten dere accusator sacerdos? fuit. n. fuit & hoc delator⁹ gen⁹ q noibus antistites re uera aut satellites atq; adeo carni fices nō contenti auitis euoluisse patrimonius calūnia bunt̃ in sanguinē & uitas præmebat̃ reor⁹ iā paupum. Quin et cū in iudiciis capitalib⁹ astitissent: cū gemit⁹ & tormēta miseror⁹ auribus ac luminib⁹ haussisset: cū licēto rū arma cū damnator⁹ frena tractassēt: pollutas pœnali man⁹ contactu ad sacra referebat̃: & cerimonias quas in cestauerant mentibus et corporib⁹ inq̃nabant. Hos ille Phalaris ī amicis hēbat: hi oculis eius atq; etiā in oscu lis erant: nec iniuria a qbus tot simul uotiuua ueniebat̃: auaro diuitū bona: cruento īnocentiū pœna: impio reli gionis iniuria. Tandē in nos oculos de⁹ rettulit & bonis orientis intētus ad mala nostra respexit: & hūc sacrario capiti obiecit furorē ut fœdus abrūpere ius fœciale uio lare bellū edicere nō timeret. An ego sine diuino numi ne factum putem: ut qui sub noie pacis ludere & primi sceleris pœnas lucrari quiescēdo potuisset: secundū ter tiumq; uexillū latrocinii ciuilis attolleret? & supatis al pib⁹ cottis iulia quoq; claustra laxaret: tibiq; Imp. im poneret seruatæ adhuc ueniæ fidē uincendi necessitatē. Agebat eū credo præcipitē uindicanda iam proximo ul tore rep. & extinctus aperto dominus parricidio: pœnas ab eo debitas expetebat. Non id confidentia sed amen tia: nō temeritas sed necessitas erat: nec ultro laceſſebat ille te bello sed ulterio⁹ se negare supplicio non porerat. Alioq̃n quomodo tantā concepisset audaciā: ut rure in fery & obuiā morti uenire tā ignau⁹ & timēs mortis au

deret: ut qui se nō potuerit postea uel uict⁹ occidere. Et  
equidē Imp. Auguste ad asserendā rēp. usurpandāq; uī  
ctoriā suffecisset ī bella uel solū uenire. Nam si olim do  
mini aduersū rebelles seruos dimicaturi flagra in aciē  
detulerūt: tantaq; uis cōscientiæ fuit: ut ab iermib⁹ uer  
terentur armati: & qui obtulerūt mortib⁹ pectora darēt  
terga uerberib⁹: nōne tu quoq; legionib⁹ ociosis rem to  
tam uisus egisses? An sustinere te corā: & solū oculos  
tuos ferre cōiectum: ille quondā domus tuæ negligen  
tissim⁹ uernula mensular⁹q; seruilīū statarius lyxa potu  
isset: nō statim subisset hoīem præterita sui tuiq; repu  
tatio: nō ipse sibi obiecisset te esse triūphalis uiri filiū:  
se patris icertū: te hæredē nobilissimæ familiæ: se clien  
tem: te retro oī tempore romani exercit⁹ ducē libertatis  
patronū: se orbis extorrē patriæq; fugitiuū: iam uero te  
principē in medio reip. sinu omniū suffragio militū cō  
sensu p uinciar⁹ ipsius deniq; ambitu impatoris optatū:  
se in ultimo terrar⁹ recessu legionib⁹ nesciis aduersis p  
uinciar⁹ studiis nullis deniq; auspiciis in id tyrānici no  
minis aspirasse furtū? Postremo tecū fidem secum per  
fidiam: tecū fas secū nefas: tecum ius secū iniuriā: tecū  
clāmentiā pudiciā religionē: secū impietatē libidinē  
crudelitātē: & omniū scelez⁹ postremoz⁹q; uitioz⁹ stare  
collegium? Res ipsas interrogemus: & quæ certissima  
coniectatio est: colligam⁹ gerenda gestis. Num tandem  
dubitari potest quid fuerit eo præsentē factur⁹: quem  
non uidit & fugit? Quāuis igitur Imp. hoste tali abute  
ris: nec tam ad prælium conferendum quam ad suppli  
ciū de nefario capite sumendū uenires: consiliis tamen  
tantis tantisq; rationib⁹ bellum administrabas: ut cum

Perse aliquo decertatur? aut Pyrrho aut cū illo ipso Hannibale uidereris. Nam primū fidē regū qbus limes orientis ambitū data atq; accepta dextera firmas: quo foris secur? agitares: si nihil sollicitū & suspectādū domi reliquisses: tunc copias tuas trifariā diuidis: ut & hostis audaciā multiplicato terrore pcelleres: & fugā circūfusus ābires: postremo populis barbarorū ultroneā tibi operā ferri uouētib? cōmilitū munus idulges: ut & limiti man? suspecta decederet: & militi auxiliator accederet. quā tua benignitate pellectæ oēs scythicæ natiōes tantis examinib? confluebāt: ut quē remiseras tuis barbaris uidereris impasse delectū. O res digna memoratu: ibat sub ducib? uexillisq; romanis hostilī aliq̄do roman?: & signa cōtra quæ steterat sequebat: urbēsq; pānoniæ quas inimica dudū populatione uacuauerat: miles impleuerat. gothus ille & hunnus & alanus respōdebat ad nomen: & alternabat excubias: & notari infrequēs ferebat. Null? tumult? nulla cōfusio nulla direptio ut a barbaro erat: qn si quādo difficilior frumētaria res fuisset: inopiā patienter ferebat: & q̄ numero arctarat annonā cōpcendo laxabat: pro omni præmio omniq; mercede id unū reposcens: ut tuus diceret. Quāta ē uirtus ambitio: accipiebas beneficiū q̄ imputares. Memorabile putauit antiq̄tas qd̄ acciaco aliq̄do bello ducib? motibusq; romanis pegrina ægypt? arma pmiscuit: tantūq; res credita est habere nouitatis: ut nisi frequēter isset in litteras apud posteros uideret facti fides laborat̄a. Nā qs ānaliū scriptor aut carminū tuas illas cleopatra classes & eborata nauigia & purpurea cū auratis fūib? uela tacuit: qn ita crebro historia recātata ē: magis ut ab hisdē sæpe dicta

60  
quod ut ab aliquo intermissa uideatur. Non contendam duces  
nec. n. principem nostrum non dicam uictus Antoni? sed uictor  
Augustus? æquauerit. Quid in cæteris saltim simile depræ  
hendim? Maxime si rerum temporumque facies altrifecus  
conferamus: hos illosque populos aiorum subiiciam? oculis  
illos uela faciētes data uentis classis attulerat: hi longum  
iter sub armorum fasce carpebāt: illos pegrino igne suspi  
rans regina pellexerat: hos amor laudis & participadæ  
gloriæ cura rapiebat: illos tepens pharus & mollis cano  
pus leuiumque populorum altor nil? emiserat: hos minax cau  
casus: & rigens taurus? & ingentiū corporum durator Ister  
effuderat: illos tenero plucētes amictu & uix leue car  
basum uitando sole tolerantēs alterno cōcussa tinnitu  
sistra ducebant: hos loriceis onustos inclusosque ferro fra  
ctæ uoces tubarum ingentiūque lituorum clangor acuebat.  
Quæ tandem ut collatio posset esse populorum et si tanta  
non esset dissimilitudo causarum: ut ab illis fuerit romani  
imperii appetita captiuitas: ab his repetita libertas: quo  
tibi Imp. indignius uidebatur eius piaculi quenquam inueni  
ri potuisse confortem: cuius se barbarus agebat ultorem.  
Sed illi quidem nefario sanguine belli primicias ibuētes  
par pœnæ culpæque documentum fuerunt. Testis est fiscia  
testis pulcherrimam amne conflictus: si cōflictus ille dicē  
dus est: quo ita in publicos proditores animi plenus miles  
inuasit: ut eum nec numerum resistentium nec maximi flu  
minis altitudo remorata sit: quoniam ut erat ex longissi  
mo itinere anhelus atque puluereus equos calcaribus inci  
taret: amne nando cōiungeret: ripam insiliret: paratos  
denique expectantesque depræhēderet. Sermo iste prolixior  
est quam illa res fuerit: uix fluuium manus inuicta

transierat: iam locū belli tenebat: uix hostem inuenerat  
iam urgebat: uix pectora uiderat iā terga cædebat. Dat  
debito rebelle agmen exitio: uoluunt impiæ in sāguine  
suo turbæ: tegit totos strages una campos: cōtinuisq;  
funerib? cuncta late operiunt. Iam qui ad muros diffe  
renda morte pperauerāt: aut fossas cadauerib? æquabāt:  
aut obuiis sudibus induebant: aut portas quas eruptio  
ne patefecerāt morte claudebāt. At quoꝝ se fugæ iper  
uius ripis amnis obiecit trepidando collecti & alterū  
quisq; cōplexi per abrupta glomerant. Spumat decolor  
cruore fluui?: & contātes meatus uix eluctatis cadaueri  
bus euoluit: utq; se tibi posset speciali imputare militia  
ipsum illū uexillariū sacrilegæ factionis audis gurgiti  
bus absorbit: & ne mortis sepultura cōtingeret: cada  
uer abscondit. Nōne utroq; credend? tuæ studuisse uin  
dictæ? & adiuuando uictoriā & occupando clæmentiā.  
En tibi alteram pugnam alteramq; uictoriā. delectas in  
præliū Marcellin? cohortes & ipsum factionis nefariæ  
robur illa belli ciuilib Megea rapiebat: tanto cæteris sa  
tellitibus audentior q̄to excellentiorē operam nauabat  
tyrāno frater tyranni. Quo quidē maxime tuus gaude  
bat exercitus: cū se ultro uideret laceSSI: qui nihil magis  
timuerat q̄ timeri: adeo quidē ut castris ad castra colla  
tis: quod præcipiti die manū conferere non poterat: spe  
uictoriæ cū luce uentura peruigil ageret: tardū solem  
desertorē diem: ānuū noctis æstiuæ tēpus criminaret.  
Ecce lux tandē oīs cāpus horrebat diuisi in cornua equi  
tes leues āte signa uelites depositæ manipulati cohor  
tes & gradu pleno ferentes agmina quadratæ legiones  
uniuersa late qua uisus agi poterat occuparāt. Nōdū se



61  
uirtus experiebat. iam disciplina uincebat. At postquā  
intra coniectū tæli acies utraq; pmouit: & effusis hinc  
inde sagittarū nimbis res uenit ad capulos: milites pri  
stinæ uirtutis romani nominis imperatorū deniq; me  
mores causam publicā manu agere: hostes uenditā ope  
ram laceratam italiam spem inferro reliquā cogitātes  
gladiatoria desperatione pugnare: nec gradu cedere sed  
uestigio stare uel cadere. At ubi impulsā acies fronsq;  
laxata & fiducia in pedes uersa ē: ire præcipites aut glo  
bo fugere & se inuicem festinādo tardāre: armati iner  
mes itegri faucii primi postremiq; misceri: miles urge  
re eminus cōminus gladiis hastis pūctim cæsim ferire  
Alii populi tibi iminere: alii terga configere: aut quos  
cursu nō poterant cōtinere: iaculis occupare. arma tæla  
que hoīes uita pempta prona supinaq; corpora passim  
uel in aceruo iacere. Illi inutilib; excisisq; membris reli  
qua sui parte fugiebāt: hi dolorem uulnery sequebant:  
isti mortes receptas in siluas & flumina deferebāt: illic  
postremū spiritum in admiratione noīs tui & sui ducis  
detestatione fundebāt: nullus finis cædendi insequēdiq;  
nisi subtraxisset aliquādo uictorib; mors hostem & nox  
diem. At q̄to meli; manus illa consuluit quæ submissis  
precabūda uexillis petit ueniā necessitatis: & terram in  
osculis premēs calcanda uestigiis tuis corpora & arma  
proiecit: quam tu nō superbe ut uictā non irate ut ream  
non negligēter ut parum necessariā præteristi: sed blan  
de liberaliterq; tractatā iussisti esse romanā. Iungunt  
socio agmīa: & sub uno capite diuersa reip. membra co  
alescunt. ambo pari gaudio ferunt exercitus: hic opera  
sua gaudet: hic uenia: uterq; uictoria. Nec pia hac mora

cunctati? ubi te affore nunciatū impulsis effusa portis  
obuiā prouolauit: & ut est omne desiderium post spem im-  
patiētius parū credens patere ueniēti festinauit occur-  
re uēturo. Fingit q̄dem: ut scim? : timor gaudiū: sed ita  
ītimos mentis affectus, p̄ditor uultus enūciat: ut in spe-  
culo frontiū imago extat aīoꝝ uelut illa ciuitas a longa  
obsidione respirans q̄d eam tyrānus alpius obiacentē  
tanq̄ belli limen attriuerat: tāta se & tam simplici exul-  
tatione iactabat : ut inesse uera læticia nimia uideret̄.  
Ferebāt se obuiæ tripudiantiū cateruæ cuncta cantu &  
crotalis p̄sonabant. Hic tibi triumphū chorus: ille con-  
tra tyrāno funebres nœnias & carmen exegale dicebat:  
hic p̄petuū uictis abitū: ille uictorib? crebꝝ optabat ad-  
uentū. iam quocunq; tulisses gradū sequi circū cursare  
præcedere uias deniq; q̄bus ferebaris obstruere: nullus  
cuiq; sui tui ue respectus blandā tibi faciebat iniuriam.  
Quid ego referam pro mœnib? suis festū liberæ nobili-  
tatis occursum? cōspicuos ueste niuea senatores? reueren-  
dos municipali purpura flamies? insignes apicib? sacer-  
dotes? Quid portas uirētib? fertis coronatas. qd aulæis  
tardantes plateas: accensisq; funalib? auctū diem? Quid  
effusā in publicū turbam domoꝝ gratulātes ānis senes:  
pueros tibi longā seruitutē uouentes: matres lætas uir-  
ginēsq; securas: nondū omne cōfeceras bellū: iā agebas  
triūphū. Ibat interim Maxim? ac te post terga respectās  
in modū amentis attonit? euolabat: nec ullū ille cōsili-  
um ullā ue rōnem aut deniq; spē quæ postrema hoīes  
deserit sequebat: quin ipsos uiæ implicabat errores: &  
nūc dexter aut læuus nūc uestigiis suis obuius incertū  
iter ancipiti ambage texebat. Quotiēs sibi ipsū putam?

62  
dixisse: quo fugio: bellū ne tēptabo: ut quē uirib? totis  
ferre: nō potui parte sustineā? Alpes cottias obserabo: quā  
iuliæ p̄fuerunt: peto Africā q̄ exaui: repeto britanniā:  
q̄ reliq? credo me galliæ: sed iuisus sū. Hispaniæ cōmit  
to: sed notus sū. Quid ergo faciā inter arma & odia me  
di? a tergo premor hostib? a frōte crinib?. Si morerer  
euaferā: sed ecce nec animū sequit̄ manus: nec manū gla  
dius. labit̄ ferꝝ: tremit dextera: mēs fatiscit. O q̄ diffici  
le est miseris ēt̄ p̄ire. Ergo ut clausæ cassib? fere quæsi  
to diu exitu despatoq; cōsistūt & præ timore nō fugiūt  
ita ille ipso quo agitabat̄ metu alligat̄ in oppidū semet  
aq̄leiese præcipitat: nō ut uitā defenderet resistēdo: sed  
ne p̄cnā frustrando differret: q̄q̄ quæ poterat ulterior  
esse dilatio: cū ita uestigiis eius ac tergo ardēs miles īsi  
steret: ut pene oēm quæ est secuta p̄pā ultio festinata  
p̄ceperit. Recte p̄fecto germana illa pictorꝝ poetarꝝq; cō  
menta uictoriā finxere p̄natā: q̄ hoīum cū fortuna eū  
tiū nō cursus est sed uolatus. Ille ab ultio orientis sinu  
festinatis itineribus raptus exercitus tot natiōib? relin  
quēdis tot fluminib? enatādis tot scandēdis montibus  
fatigatus in alio orbe & ī alio pene dixerī sole positus  
spatio lucis unius illyrico cōtinuauit aquileiā. Nihil ta  
men sibimet hoc noīe uindicāt: & si q̄do mirantiū cir  
culos cōtrahūt: aut cōuiuia nostra sermone p̄ducūt: ope  
ram oēm suā sine alpiū terminātes deberi sibi abnuūt  
illam celeritatē: q̄ exptes laboꝝ p̄uenisse se uiderūt quo  
ire nō senserant: negant īmo se suis uectos esse corpori  
bus: sed tanq̄ p̄ aliquas imagines somniorꝝ ferrent̄ ab  
sentes præbuisse gestātibus uentis ociosorꝝ ministeria  
membroꝝ. Nec fides anceps: nā si olim seueri credidere

maiores castoras gemios albetibus eqs & stellatis apici  
bus isignes puluerē cruorēq; thessalicū aqs tyberis ab  
luētes & nūciasse uictoriā & iputasse militiā: cur nō tuā  
publicæq; uidiētæ confessā aliq̄ immortalis dei curā pute  
m? & adnīxā: nisi forte maiore diuini fauoris operā res  
romana poscebat macedonico augēda regno q̄ tyrānico  
eximēda seruitio. Ego uero si caeleste studiū pro dignita  
te causāq; æstimandū sit: iure cōtenderi eqtes tuos pæ  
gasis talarib? pedites uectos ac suspēsos fuisse. Neq; n.  
qa se diuina mortalib? dedignant fateri: idcirco quæ ui  
sa nō fuerint dubitauim? facta: cū facta uideamus quæ  
dubitauerim? esse faciēda. Anguste fortunā tuā Imp. ex  
pendit: q̄squis id de te tantū q̄ fieri pōt: credit. An ego  
cū ab alpib? iulius ociofo feriatōq; ferro nō præliū fuisse  
uideā sed triumphū: dubitaueri illam specialē q̄dam fe  
licitatis tuæ dixisse militiā? Scimus q̄dem Imp. ita te  
cūcta administrasse: ut nō possint se tibi iputare succes  
sus sed fatearis necesse ē q̄tū te in bello tantū fortunā  
tuā egisse post bellū. cui se uocē demus & iudicē: nōne  
p̄lyxe suam enumerabit opam? & ut uirtutib? tuis mul  
ta cōcedat: sibi aliqua uideabit. Et cur quæso nō dem?  
ut accipiam? utriusq; partis asserta: cū sint quæ uiceret  
tua? Audio cōstantiam dicere bellū atrox piculosumq;  
suscepi: memorare patientiā imensum iter tēpus anni  
graue semp̄ armata semp̄ ieiuna toleraui: tenere pru  
dētiam: partita sum militē: & multiplicauī arte terrorē:  
asserere fortitudinē: bis cōflixi cum hoste: bis uici: oēs  
postremo clamare: qd tibi debem? fortuna quā fecimus  
Sed si illa dicat p̄perationem militū ego iuuī: ego fugā  
hostiū præpediui: ego Maximū in muros coegi: & quē

uos cogebatis mori uiuū domio reseruauī. Nō uideo q̄  
 possit esse iudiciū: qn̄ cū ista pars ip̄tet tyranni fugā: il  
 la custodiā rep. quæ utriq; pariter obnoxia ē: ita utrāq;  
 cōiūgat: ut fateat̄ uni semet uictoriā: alteri debere uidi  
 ctam. Sed nec tu debitā gratiam beneficii ificiator abiu  
 ras: nā & si p̄ te cōfeceris quæ uolebas: p̄ fortunā tamē  
 plus adeptus es q̄ uolebas. Agendū si uidet̄: præteritas co  
 gitatiōes tuas cōsule & uota cōueni: nū ampli⁹ sp̄auisti  
 q̄ ut Maxim⁹ tibi nunciaret̄ occisus: q̄ ut semiuuū eius  
 caput nōdū clausis tota morte oculis ex acie referret̄: q̄  
 ad summū ut fugiēs resistens ue caperet̄: cæterꝫ quādo  
 qd̄ factū est: uel optasti: ut se tibi ipse seruaret: ut cōsci  
 scere sibimet̄ iteritū nollet & posset. Magno q̄dem fa  
 teor pectorib⁹ humanis atq; adeo maxio lux amoris: iteri  
 tus horrore est: sed quatenus aut ista optari pōt: aut ille  
 uitari: at si ultima supra caput steterit hora: & uenerit  
 dies nunq̄ reuersur⁹: ac se cōfessa mors fuerit: nō timē  
 tur extrema cū certa sūt. Huic reorꝫ usq; ad dānationē  
 met⁹: postea attonitus stupor & ex despatione securitas  
 & ad locū supplicii uolūtaria carnifice nō trahente pro  
 peratio. Ut de his taceā qui cū fatis fortunis paciscētes  
 incertū exitum certo occupauerūt: ut nihil de seruis lo  
 quar q̄ uerbera uitauere suspēdio: & motus heriles usq;  
 ad præcipitia fugerūt. quis unq̄ ultra spem timuit: q̄s  
 idcirco sem̄ & occidere noluit ut occideret̄: nisi uero uel  
 leuior manus aliena q̄ propria: uel fœdior mors priua  
 ta quā publica: uel longior pœna ferro incūbere & cor  
 pore uulnus onerare & recipe iteritū statim totū quā  
 suppliciiū diuidere: poplitē flectere: ceruicē extendere ad  
 plagam fortasse nō unam. Et tamen q̄do secū ille ferro

transigendū putabat: nō potius ignem laminas crucem  
culleū & quicquid merebat timebat. Nunquā profecto tam  
bene de sceleribus suis sensit: ut mortē potuerit sperare  
qua perit. Si igitur nec præsumere ueniā reus nec sperare  
fugā clausus nec mortē potuit timere moriturus & certo  
extremorum leuior uideri debuit uoluntarius quā coactus hone-  
stior priuatus quā publicus postremo breuior occupatus quā  
expectatus interitus: nūcui dubiū est in eo quod nō habuit  
rationē fuisse fortunā. Illa illa tyrāni consilia cæcauit:  
illa & animū eius obrudit & gladiū: illa expeditam in  
uulnus manū percussit & tenuit. Nisi uero tu tuū uenera-  
bilis Gratiane carnificē diris comitatus ultricibus obside  
bas: & irata minax umbra ob os eius oculosque fumantes  
infernis ignibus tedas & crepitantia torto angue flagra-  
ntiebas: ne morti honestæ uacaret: ne regalē illū sacro  
sanctūque uestitū impio cruore pollueret: ne uultus olim  
tuus ac deiceps fratris futurus funestū sanguinē uel dū  
uindictā acciperet: ne postremo te manus ulcisceret tyran-  
ni: & deberes Maximo uel suā mortē. Et plane ita cuncta  
corderūt: ut nō seruata modo ultio sed ordinata uidea-  
tur. Nam unde quæso tā repentina cōuersio ut qui oppe-  
tere timuerat: interitū nō timeret expetere: & quē iclu-  
serat metus, præsferret audacia. Hic nulla iam reliqua festi-  
nantis rebus mora actūtū fortissimi duces instruēdo ac-  
cigunt triūpho: capiti diadema decutit: humeris uestis  
aufertur: pedibus ornatus euellit: totus denique homo apta-  
tur ad interitū: publice publicus spoliator exiit: nectun-  
tur manus rapaces: nudatur crura fugitiuo. talis denique  
tuis offertur oculis qualē offerri decebat uictori captū  
domino seruū impatori tyrānum: nec tu illum qua es

64  
clāmētia ī conspectū tuum uenire uoluisses: ne oculos  
istos oibus salutare homo funebris īpiaret: nisi famā  
cōfutare mendacii: teq; purgare eodē teste quo īsimula  
tore noluiſſes. Habet uires. habet nescio quos īternos  
mens scelerata carnifices: aut ipsa sibi carnifex cōscien  
tia est: aut qđ magis credo omni s̄uius quæstione est:  
a te interrogari: ad primā tuam uocē nefario pectori ex  
cussa confessio est: nec cunctari saltē aut iusitare potuit  
quin consiliū omne nudaret: se uidelicet fauoris tui ob  
tendisse prætēxtū qđ aliter non potuisset allicere militū  
societates: nisi se auctoramēti tui finxisset auctorem. Et  
post hanc tu uocē non illū in crucem tolli: nō culleo in  
sui: nō discerpi in frustra iussisti: nō postremo illā tanti  
ream mēdacii linguā radicitus erui præcepisti: cū eorū  
parte uitaliū quorū fuerat locuta cōmentum: quin tam  
cōperas de eius morte dubitare: & deieceras oculos: &  
uultū robore suffuderas: & cū misericordia loquebaris.  
Sed bene est quod nō oīa potes. tui te uindicant & inui  
tum. Rapitur ergo ex oculis: & ne quid licere posset clāmē  
tix inter īnumeras manus fertur ad mortem. Ecce  
iteꝝ Imp. auerteris: & illā tyrannici exitus relationē gra  
uaris. Iā iam esto securus: geram clāmētix tuæ morē:  
quod noluisti uidere nō audies. Huc huc totas pii uates  
doctarū noctium conferte curas: hoc oibus linguis litte  
risq; celebrate: nec sitis de operum uestrorū p̄mittate  
soliciti: illa quā præstare historiis solebatis: ab historia  
ueniet æternitas. Vos quoq; quibus secunda sors cessit  
dare famā rebus artifices uulgata illa ueterū fabularū ar  
gumēta despiciate: herculeos labores & modicos Liberi  
triūphos & anguipedū bella monstrorū: hæc potius: hæc

gesta sollertes man<sup>9</sup> ducāt: his fora: his tépla decorent<sup>r</sup>:  
hæc ebore reddant<sup>r</sup>: hæc marmore: hæc in colorib<sup>9</sup> uiuāt  
hæc in æra moueant<sup>r</sup>: hæc gémis augeant pretiū. Parti  
net ad securitatē oīum sæculor<sup>9</sup> q<sup>3</sup> ad factum uideri: ut  
si q<sup>3</sup> unq<sup>3</sup> nefaria uota concepit: monimētis nostror<sup>9</sup> té  
por<sup>9</sup> recésitus per oculos hauriat inocentiā. quisq<sup>3</sup> pur  
pura q<sup>3</sup>doq<sup>3</sup> regali uestire humeros cogitabit: Maxim<sup>9</sup> ei  
exutus occurrat. Quisq<sup>3</sup> au<sup>9</sup> gēmasq<sup>3</sup> priuatis pedibus  
optabit: Maxim<sup>9</sup> ei plantis nudus appareat. Quisq<sup>3</sup> im  
ponere capiti diadema meditabit<sup>r</sup>: auulsū humeris Ma  
ximi caput & sine noie corp<sup>9</sup> aspiciat. Scim<sup>9</sup> quidē nihil  
unq<sup>3</sup> nouādū: cum romanū semp<sup>r</sup> imperiū aut tuū futu  
rum sit aut tuor<sup>9</sup>: p<sup>r</sup>tinet tum ad geminā reip. securitatē  
q<sup>3</sup> fieri nō pōt<sup>r</sup> et non timeri. Sed utcūq<sup>3</sup> uirtutis tuæ  
opera curiosæ posteritatis oculis artificū man<sup>9</sup> reddet:  
cū te uel alpiū dorsa superantē: uel flumina obiecta tra  
nantē: uel agmen hostile triūphalib<sup>9</sup> uestigiis atterentē  
pictor<sup>9</sup> atq<sup>3</sup> fictorū assequeret imitatio: clāmētia Imp.  
tua: quo cælo: quo pigmēto: quo ære auro ue duce<sup>r</sup>: qua  
tu ipsius uictoriæ uictor ita omnē cum armis iram de  
posuisti: ut ceciderit nemo post bellum: certe nemo post  
Maximū. paucis maurorum hostium quos secum uelut  
agmen infernū moriturus icluserat: & duobus aut tri  
bus furiosi gladiatoris lanistis ī belli piaculū cæsis reli  
quos oīs uenia cōplexa uelut quodā materno sinu clau  
sit. Nulli<sup>9</sup> bona publicata: nulli<sup>9</sup> mulctata libertas: nulli  
us præterita dignitas iminuta: nemo affect<sup>9</sup> nemo nota  
nemo cōiutio aut deniq<sup>3</sup> castigatione p<sup>r</sup>strictus: culpam  
capitis auriū saltem molestia luit. Cuncti domib<sup>9</sup> suis:  
cuncti cōiugibus ac liberis: cuncti deniq<sup>3</sup> inocentiæ: q<sup>3</sup>



6  
est dulci? restituti sunt . Vide Imp. quid hac clāmētia  
cōsecutus sis: fecisti ut nemo sibi uict? te uictore uidea  
tur. Spectabas hęc a tuis collib? Roma & septena arce  
sublimis celsior gaudio ferebaris: tu quę experta cinna  
nos furores: & Mariū post exilia crudelē : & Syllam tua  
clade felicē: & Cæsarē in mortuos misericordē ad omne  
ciuilis motus clāsicū tremiscebas: quę præter stragem  
militū utraq; tibi parte peuntiū extincta domi senatus  
tui lumina: suffixa pilo consulū capita : Catones ī mortē  
coactos trūcosq; Cicerōes: & Pōpeios fleueras īsepultos:  
cui damna grauiora sciss? in partes ciuiū furor q̄ portis  
īminens pœnus aut receptus muris gallus ītulerat: cui  
alliēsi die emathia funestior cānis collina feralior: tā al  
tas olim reliquerūt cicatrices: ut graui? semp tuam quā  
alienā experta uirtutē nihil tibi magis q̄ te timeres: ui  
disti ciuile bellū hostium cæde militū pace italię recu  
patione tua libertate finitū: uidisti inq̄ finitum ciuile  
bellū: cui decernere posses triūphum . Hacten? memet  
Imp. Aug. præteritas res tuas atrectasse fas fuerit: at cū  
tēpus admoneat meminisse præsentīū: finē sermoni fa  
cere malueri: q̄ amplissimi ordinis mun? inuadere. Da  
bitur utcūq; uenia piæ temeritati: si usurpasse cōmunia  
non occupasse uideamur aliena. Licuerit mihi quę in  
barbaris gentib? longinq; puinciis pro sūma re forti  
ter feliciterq; fecisti: anuēte numīe tuo & senatu fauēte  
dixisse. ea uero quę Romę gesta sūt: qualē te urbi dies  
prim? īuexerit: quis in curia fueris: qs in rostris: ut pom  
pam præeūtiū ferculoꝝ curru modo modo pedibus sub  
secutus. alterno clarus incessu nūc de bellis nūc de sup  
bia triūpharis: ut te oībus principē singulis exhibueris

senatoré: ut crebro ciuiliq; pgressu non publica tantū  
opera lustraueris: sed priuatas quoq; ædes diuinis uesti  
gijs cōsecraris remota custodia militari tutior publici  
amoris excubiis: horū hæc liguīs horū inq̄ uoce laudēt :  
qui de cōmunib; gaudijs & dignius utiq; quæ maxia &  
iustius poterūt prædicare quæ ppria sunt. O mea felix  
pgrinatio. O bene suscepti & exhausti labores. Quib;  
ego itersū bonis: qbus paror gaudijs: quæ reuers; urbi  
bus galliæ dispēfabo miracula: q̄tis stupentiū populis  
quā multo circūdabor auditore: cū dixerō : Romā uidi:  
Theodosiū uidi: & utq; simul uidi. Vidi illū principis  
patrē: uidi illū principis uindicē: uidi illū principis resti  
tutorē. Ad me longiquæ cōuenient ciuitates. A me ge  
stæ ordinē rerum stilius oīs accipiet. A me argumentū  
poetica: a me fidē sūmet historia. Cōpensabo tibi istam  
Imp. iniuriam: si cum de te ipse nihil dixerim qđ legen  
dum sit: instruam quæ legantur.

## PANAEGYRICVS CONSTANTINO AVGVSTO CONSTANTII FILIO DICTVS.

u Nde mihi tantū cōfidetiæ: sac. Imp. ut post  
tot disertissimos hoīes: quos & i urbe sacra  
& hic rurs; audisti: dicere auderē: nisi nefas  
ēē ducere: & cōmissi cuiusdā sacrilegi religionē uererer  
si is: q̄ semp res a numine tuo gestas prædicare solitus  
essē: hæc tanto maiora pristinis silētio præterirē: p quæ  
non pars aliqua seruata: sed uniuersa sibi ē resp. restitu  
ta. Neq; enim ignoro quāto inferiora sint ingenia no  
stra romanis: si quidem latine & diserte loqui illis

ingeneratū est nobis elaboratū: & si quid forte cōmode  
dicim? ex illo fonte & capite faciūdiæ imitatio nostra de  
riuat. Sed quāuis cōsciūsi mihi ifirmitatis igenitæ & icho  
ati potius studii quā eruditi cohibere me silentio nequeo  
quo min? de recuperata urbe impioq; romano & tandē ex  
diuturna cōuulsione solidato & ipse aliqd coner effari:  
ut iter tātos sonitus desertoꝝ mea quoq; uox tenuis ex  
audita uideatur Et. n. si in rebus bellicis ipsisq; præliis  
non solū tubæ ac litui: sed et spartanæ tibix incentiuū  
aliqd ferūt huīsse: credo quā magnos aīos paruo licet mo  
dulo sufficit icitari: cur ego ī me de tuo fauore diffidā:  
ut sermonē meū studio poti? tui cultus quā sui uirib? me  
tiaris? Expiar igitur ut possū quāquā oppletis uirib? tuis: ut  
sic dixerī ifusurrare sine æmulādi fiducia cupid? imitā  
di: ac primū illud eripiā quod credo neminē adhuc ausum  
fuisse: ut atē de cōstātia expeditiōis tuæ dicaui quā de lau  
de uictoriæ. transacto. n. nutu aduersi ominis & offēsiō  
reuocati utar libertatē erga te nostri amoris quē tūc in  
ter met? & reip. uota suspēdimus. Te ne Imp. tantū aīo  
potuisse præsumere: ut bellū tantis opibus tāto cōsensu  
auariciæ tanta ueniæ despatione conflatū quiescētibus  
cūctātibusq; tūc impii tui sociis prim? iuaderes? Quis  
nam te deus: quæ tā præsens hortata ē maiestas? ut oī  
bus fere tuis comitib? & ducibus nō solū tacite mussāti  
bus sed omen aperte timētibus contra consilia hoīum  
contra auspicū monita ipse per temet liberandæ urbis  
tempus uenisse sentires. Habes profecto aliquid cum  
illa mente diuina Constantine secretum: quæ delegata  
nostri diis minorib? cura uni se tibi dignatur ostēdere:  
alioqn fortissime Imp. sic quoq; cū uiceris redde rōnē.

Rhenū tu qđē toto limite dispositis exercitib? tutū reli-  
queras: sed hoc maiores p te suscepim? metus: q nobis  
potius quā tibi cōsulebas: nostrāq; pacē magis q bellū q  
aggrediebare firmaueras: nā tu Imp. nimio nostri amo-  
re nescisti ad securitatē nobis uere puidere: q nō oīa te  
cū arma mouisti: cū in tua cōseruatiōe salus nostra sit.  
Et qđ opus erat ipsi rheno instructis & militib? & classi-  
bus: quē iā pridē barbaris nationib? uirtutis tuæ terror  
obstruxerat. An ostētare uoluisti diligentīā tuā diuisis  
copiis inter custodiā pacis & belli: aut ēt iactāter & glo-  
riose p̄bare liberādā urbi te sufficere cū paucis? Vix. n.  
quarta parte exercit? cōtra centū milia armatorū hostiū  
alpes trāsgressus es: ut appareret penit? cōsiderātib? id q  
nos fugit in amore trepidātes: nō dubiā te sed p̄missā  
diuinitus petere uictoriā. Duxerat magnū seuerus exer-  
citū: & hostē suū p̄fidia desertus armauerat: maiores po-  
stea copias Maximian? admouerat: & ipse trās fugis uide-  
batur p̄spere refugisse. Ipse deniq; q pater illi? credebāt  
discissā ab humeris purpurā detrahere cōtatus senferat  
in illud dedecus sua fata trāsisse. Mille ex sexagita ānis  
cōtractas ex toto orbe diuitias mōstx illud redēptis ad  
ciuile latrociniū manibus igesserat: ad hoc aliena matri-  
monia inocētū capita cū bonis passim donādo usq; ad  
mortē deuotionis obstrixerat parricidas oīs. insidiatos  
sibi aut palā aliqd p̄ libertate conatos p̄cenis affecerat:  
armis oppresserat: & iter hęc utebāt ei? urbis maiestate  
quā cepat. totā italiā cōductis ad omne facinus satelliti-  
bus oppleuerat. Hęc omnia Imp. cum cogitares scires  
uideres: nec te paterna grauitas: nec tua natura temera-  
rium esse pateret: dic quæso qđ in consilio nisi diuinū.

numen habuisti? An illa te ratio ducebat : sua .n. cuiq;  
 prudētia deus est: q; in tam dispi cōtentione nō poterat  
 melior cā nō superare? & innumerabiles licet ille copias  
 pro se obiceret : pro te tamen iusticia pugnaret. Vt .n.  
 omittā illa quæ nō decet compari: q; erat ille Maximia  
 ni supposit? : tu Cōstātii pii filius: ille despectissimæ prauitatis  
 detortis solutisq; mēbris noie ipso abusiua appellatione mutilato:  
 tu q; sufficit dicere tantus ac talis: ut hoc inq; omittā te Cōstantine  
 paterna pietas sequebat: illū: ut falso generi nō iuideamus impietas:  
 te demētia: illum crudelitas: te pudicicia sola dicata cōiugio:  
 illū libido stupris oibus contaminata: te diuina præcepta : illū  
 supstitiosa maleficia: illū deniq; spoliatorū tēploꝝ trucidati  
 senat? plebis romane fame enecte piacula: te abolitāꝝ  
 calūniāꝝ te pbitāꝝ delationū te cōseruatio atq; homicidāꝝ  
 sāguinis gratulatio. In tā diuersa cāꝝ rōne diuino cōsilio  
 Imp. hoc est tuo nō militū multitudinē sed partiū merita  
 numerasti. Magn? Alexāder cū præter macedonas suos cunctæ  
 græciæ uniuerso illyrico innumerabile delectū posset  
 indicere: nūq; maiores q; draginta milium copias duxit:  
 inhabile regenti ratus quicqd excederet & turbā potiusq;  
 excitū. Tu uero et minorib? copiis bellum multo mai?  
 aggressus es. rāto scilicet tua uirtute p̄pria potior q̄to  
 ille numero istructior. Et ille qdē cōtra leues medos &  
 ibelles syros & parthoꝝ arma uolatice & asiaticos optātes  
 mutare seruitiū rē gessit prælii unius euentu. Tibi  
 uincēdi orāt milites: ph nefas: paulo ante romani armis  
 oibus more primæ classis armati: & p̄ facinorū cōscientia  
 nunq; nisi morte cessuri. Probauit hoc prima obstiatio eorū  
 q; sub ipsis alpiū iugis munitissimo

licet muro ac situ tenentes oppidum ausi fuerunt te im-  
minete resistere: ac portas claudere: non credentes illi qui  
dem: ut audio: te ipsum adesse. Quis. n. crederet tam cito  
a rheno ad alpes impatore cum exercitu puolasse? Sed ta-  
men qui non solum presenti numini tuo: uerum et nuncio  
noni cedere debuisset. Luerunt igitur illico demetriae suae  
poenas cum oblatam sibi a claudetia tua ueniam recusassent.  
Neque. n. uallo fossaque obsessio inchoata est: nec cuniculis  
agendis: nec machinis admodum uedis: nec incutiendo ariete  
teptati quassatique sunt muri: sed statim iniectae faces por-  
tis scalaeque pugnaculis: nec solum fundis emin<sup>2</sup> taelisque mi-  
silibus sed hastis gladiisque. ita res simul coepta & patra-  
ta: iunctusque rebellibus fuit conatus & exitus. Gophos urbem  
Thessaliae quoniam abnueret obsequium. C. Caesar uno die  
sustulit. sed ille graeculos homines adortus est: tu subalpi-  
nos: ille solos icolas: tu est militare praesidium: ille non po-  
tuit captos a direptione defendere: tibi licuit claudetiam  
tuis uictoribus impare. Sed illi quod gophensium clades do-  
cumeto caeteris fuit: tibi paulo post alia in taurinatis  
caepis pugna pugnata est: non trepidantibus ex tua uictoria  
rebellibus sed iratis incensisque ad ulciscendum animis: quos for-  
tunae inclinatio restrigere debuisset: nec uero temere ac  
passim uagis hostibus ut facile palates cederent: sed acie  
in cunei modum structa descendentibus retro in latitudinem la-  
teribus quae sic cum prima auide confligeret reflexa impeditos  
certamine circumiret. Sed tu id prouides praemissis utriusque  
obuia irent: & simul siquid insidiae lateret: excuterent:  
ipse obfirmato illo capite deiectaque acie in fugam uersa  
tanto maiorem in processu stragem cecidisti: quanto  
amplioribus subsidiis instructa constiterat. Ita usque

*His. 2. 4. 5.*  
*Tu. fore. pag. 1.*  
*est. histor. 1.*  
*am. 0. 2. 0. 1.*  
*le. 1. 1. 1. 1. 1.*  
*qu. tam. 1. 1. 1.*  
*in. 1. 1. 1. 1. 1.*  
*am. 5. 1. 3.*

68  
ad taurinatiū muros fusi cæsiq; : obseratasq; nacti por-  
tas ab icolis et corporū suorū mole clauerūt. Quid tibi  
aliud sperare potuisti miles infelix: turpissimo illi tunc  
deuote p̄digio: iam enī nō insulto sed doleo. Constātīnū  
tu tamen sāguinē fundere coegisti: cui q̄ salutē uestrā  
a uobis ipetrare nō licuit: pene displicuit ipsa uictoria .  
At nō taurinatib; neq; cæteris Italiæ ciuitatib; idē aīus  
fuit: qui te Imp. exultātes gaudio certatim ad se uocauē-  
runt. missæ ab oībus legatiōes: oblatis undiq; cōmeatus:  
ut appareret q̄ diu desiderassēt: cui se oēs propter bello  
adhuc restāte cōmitterēt. Qui fuit dies ille quo Medio-  
lanū ingress; : quæ gratulatio principū ciuitatis: q̄ plau-  
sus populi: quæ securitas intuētū te matris & uirginū?  
q̄ duplici fructu fruebāt: cū pulcherrimi impatoris for-  
mā uiderēt & licentia nō timerent: Ostentare se oēs &  
tripudiare sine ullo de reliq; belli metu: & auspiciū ui-  
ctoriæ tuæ pro cōsumatione metiebant; : nō trāspadana  
p̄uincia uidebat; recepta sed roma. Quis. n. crederet tan-  
tis successibus tuis ullū ostaculū fore quomin; oēs exer-  
citus se demētix tuæ traderēt: cū uirtutis experimentū  
nouissēt? Muros ui cepas: acie palā uiceras. q̄s tā demēs  
uidebat; : ut aut obsideri auderet aut cōgredi: p̄sertī  
cū tu dies aliquot Mediolani resistens tēpus sibi oībus  
cōsulēdi dedisses: ut de te sparēt. Sed. n. ærūnosa illa &  
pridē media ætate nostra ciuili sāguine maculata Vero-  
na maxio hostiū exercitu tenebat; acerrimis ducib; p̄ti-  
nacissimoq; p̄fecto: scilicet ut q̄ coloniā. Gn. Pōpeius  
aliq̄do deduxerat: pōpeianus euerteret. O miserabilē ue-  
ronensium calamitatē: quos non tam tua q̄ intestina sa-  
tellitū pressit obsidio. quippe athesis ille saxis asper &

gurgitib? uerticosus & impetu ferox oppugnationē pro  
hibebat: omnēq; retro regionē euehendis copiis tutam  
defensāq; præstabat . Quod tamen ne diutius hostē iu  
uaret: prudentia tua factū est: cum superiorib? in locis  
qua leuior amnis & ignari hostes erant: exercit? parte p  
iecta ancipiti periculo clausos obsessosq; peiora experiri  
armis coegisti: adeo qua oīs eruptio temptauerat cecidi  
sti: ut ipse ēt dux cū parte copiar? ad accersenda auxilia  
muris excesserit maiore miser adductur? exercitū ut ma  
iore comitatu cladis occideret. Quo quidē tēpore præci  
pua apparuit tua Imp. cura simul & animi magnitudo:  
qui redeunti illi minore exercitu congregi q̄ obsidionē  
intermittere maluisti: ne respirare clausis aut effugere  
aut iminere tergo liceret. Et primo quidē ut audio aciē  
instruxeras duplicē: mox prouiso aduersarioꝝ numero  
explicari statim in frontem ordines & extendi latius ar  
ma iussisti ex tuo animo nimirum animos tuoꝝ omni  
um metiens q̄uis grauius inde pondus infringi posse  
imperii. Laudare me existimas Imp. cuncta quæ in illo  
prælio feceris: ego uero iteꝝ queror: p̄spexeras omnia  
disposueras uniuersa summi impatoris officia cōpleue  
ras: cur ipse pugnaſti? cur te dēsissimis hostium globis  
miscuisti? cur salutē reip. in picula tanta misisti? An ne  
scire nos putas: q̄ dum nimio raperis ardore: in media  
hostiū tæla deueneris? & nisi uiā tibi cædibus aperuis  
ses: spem totius generis humani & uota decepas . Quid  
tibi est Imp. cū inferiore fortuna? toto quippe impetu  
ferebare torrenti similis amni quē abruptæ radicitus  
siluæ & cōuulsa funditus saxa sequerent̄. Illos pugnare  
fas est qbus suo cui? q; fato aut uincendū ē aut cadēdū

*Imp. cura  
ad hunc diem  
exercitū in  
causa*

*Imp. cura  
ad hunc diem*

*tu amf*



tū cui? ex uita omniū fata pendent. ad ullum discrimen  
 accedas? inter tot cæla gladiosq; uersere? quis hoc a te  
 exigit? aut quis pati possit: ut quicq; in te belli casibus  
 liceat? deceat te Imp. hostē ferire: immo non decet labo  
 rare. *Spe*ctans ex edito monte Xerxes nauale certamen;  
 Augustus aliqd agens uicit apud actiū. Fuit etiam qui  
 sublatus in scalas inuicē nexas cōcurrentes emin? uidit  
 exercitus: ut nec interesset periculo & adesset euentui.  
 Ignaua inquires sunt hæc exēpla: sed tuta: grauiorq; me  
 tus est periculi tui quā læticia uictoriæ. An nō ipsi cæ  
 sis fugatisq; hostibus iterfectoq; etiam ipso eorū duce  
 comites & tribuni corripuere lachrymātes? amplexiq;  
 illud tuum anhelū pectus cruētas manus & quicqd de  
 sanguine pfundæ cædis emerferat. hic atq; inde clama  
 runt: Quid egeras Imp? in quæ nos fata pieceras? nisi  
 te diuina uirtus tua uīdicasset. quæ hæc est ipatentia?  
 aut quo tibi manus nostras: si uersa uice pugnas ipse p  
 nobis? Hæc ego nō dicerem Imp. neq; ab alius dicta me  
 morarē: nisi beneficio tuæ lenitatis tutior esset nostra  
 in uerbis quā tua in armis audacia. Noua enim quadā  
 uarietate naturæ confusoq; uirtutū tempamēto idem  
 es in præliis ferocissim? & parca securitate mitissim?.  
 Cum enim dato obsessis tempore pœnitēdi Aquileiam  
 quoq; delegatis eorū ac supplicib? recepisses: cunctiq; se  
 tibi dedissent: quos obsidendo seruaueras: ignouisti oī  
 bus: & uitam quam desperauerāt reddidisti: & quidem  
 iussisti arma deponere: ut multo tutius uictoris pietate  
 tegerent. Ut tamen p̄tinaciæ suæ merita sentirent: cor  
 ripi eos uinciriq; iussisti: nō ad suppliciū sed uitam: ne  
 cōscientiæ timore diffugerent grauiorq; delinquerēt:

*Ms 248  
 aliud ager*

cōseruariq; iteꝝ nō mererent̃ si seruati nō fuissent. Sed unde tanto hoīum numero tot uīcula quæ cōtinere militares & paulo ante armatas manꝝ possent. Stupe milites qꝫ pꝫducendos suscepant: & custodiæ curā abnuere: & pꝫsus nescire qd facerēt. Ipsi et qui tibi in cōsilio erāt: ipse et pꝫfectus hærere: cū tu diuino monitꝝ instinctu de gladius eorꝝ gemina manibꝝ aptari claustra iussisti: ut seruarēt deditos gladii sui quos nō defenderāt repugnātes. O pulcherrimū & qꝫ omniū oculis subuici debuisset triūphū uirtutis & ciāmētix tuæ. Cuiꝝ .n. potētix fuit hostibus arma diripe eius humanitatis deditos ad ipu niratē suis armis alligare atq; et uīcere: ut eos ferri illiꝝ qd contra te gesserant quotidie pœniteret. gladius ille quē i te distrikerat hostis infestꝝ: ipse domini sui manꝝ tenuit: & paratus ad cædē custos factus ē ad salutē. Magnus poeta dū bellosꝝ toto orbe surgentiū discursū apparatusq; describit: Et curuæ inqꝫ rigidū falces conflantur i ensem triste nimīū tēpus id eū instrumēta cultui pecudū pꝫparata in cædē hominū uerterent̃. At nunc rigidi illi mortiferiq; mucrones in salutaria uincla curuatur: & exarmatū hominē non interimūt sed coercēt: deditosq; hostes gladii sui collisi obtusiq; tutant: qꝫ nihil illis pꝫdesse integri acutiq; potuerūt. Oium ergo armorꝝ ministeria ad diuersos effectus arbitrio tuo seruiunt Imp. tibi uincūt gladii: tibi seruat: te pugnāte ferunt: te ignoscēte custodiūt. Ut deus ille mundi creator & dominꝝ eodē fulmine suo nūc tristes nūc lætos nūc os mittit: ita eadē sub numīe tuo tæla inimicos aut supplices tuos pꝫnicie aut cōseruatione discernūt. Eripuisti Imp. aduersarius tuis gladius ne quis incūberet dolore:

70  
supasti & eosdē manibus suis innoxios reddidisti: ut dæ  
mētix & uindictæ tuæ satisfaceres: quorū sāguini peper  
ceras: arma fregisti. Vt. n. hominū diu parta semper ser  
uāda ē. siliceat ferū inuentu facile usu mutabile. Ideo  
quæ erant repabilia conflasti: q̄ rediuuū nō erat reser  
uasti. Qui simile fabulæ ferūt cōuersa esse humana cor  
pora in fontes aut pecudes aut aues fœda & degener ta  
lis cōuersio: gladius mutatus in manicas: hoc est quod  
securitas post timorē: qđ umbraculū post calorē splen  
dorem mutatio perdidit: sed aciē retudit. Studiū & hu  
manitas tua hortata ē Imp. hucusq; ut exultatio nostra  
uerbis cluderet: sed iam adoptiora redeam? recuperata  
omni cis padū Italia ipsa iā ad te supplices man<sup>9</sup> roma  
tendebat: cui portentū id infederat nihil conari ausum  
ad tot nūcios suarū cladiū: quippe ipsa se uilissimi hoīs  
obsidebat ignauia: & degeneres aīos timor arguebat:  
stultum & neq̄ animal nusq̄ extra parietes egredi aude  
bat: ita enim aut pdigiis aut metus sui præfagiis mone  
batur. Proh pudor intra parietū custodias Imp. non ille  
aspirare in campū: non exerceri armis: nō puluerē pati:  
astutus quidem: ne uiroꝝ officia temptantē contemne  
rent qui uiderent deābulare: & tantū in illo palatio mar  
moratis perietib<sup>9</sup> incedere: nā in salustianos hortos ire  
pgrinatio & expeditio putabatur. Et hæ qdem deliciae  
tanto illo tempore quo orbem obsederat: semet incluse  
rat: turpissimā hanc eius formidinē protegebant. Non  
enim se imbellē sed beatū: non inertem sed securū uide  
ri uolebat. Quotiens milites in concionē uocabat se so  
lum cum illis impatorē: alios per limites pro se milita  
re iactabat. frumini aiebat: dissipate: pdigite. hæc erat

miserorū breuis & caduca felicitas. Ac ne tūm quidem cum tot aduersa suorū prælia compisset obuiā ire conatus est ad resistendū: cum padi limite aut appennini iugis uteretur. Sed litteras calamitatū suorū indices supprimebat. Interdū etiam palam ut usq; ad portas ueniretur optabat: nō intelligēs maiestatem illam urbis quæ pridem admotus exercitus sollicitauerat: iam flagitiis ipsius deformata & sedibus suis pulsam ad tua auxilia transisse: nec ullis præmiis posse corrūpi quos tibi præter liberalitatem tuam & sacramenti fidem tot uictoriarū gloriæ dicauissent. Quis enim miles qui ductu atque auspiciis tuis totiens felicissime dimicasset: uulnera illi sua uenderet? belli iam pene confecti summā concederet? At enim tu idipsum de ardore totius exercitus sentiens non sine ulla hæsitandi mora qua breuissimū per eos iter est raptō agmine aduolasti: celeritatem illam in redeundo Scipionis & Cæsaris tunc maxime cupienti Romæ repræsentās. Hæc est fiducia imperatoris inuicti & suorū mentibus freti: nō dubitare nec trahere bellum: sed proximū quodq; pugnæ tempus putare uictoriam. Non enim res erat tibi utique maximo cum Hannibale uictore: ut post res asperas locū tempusq; capta res: sed urgere te successus tuos & cōtinuare uictorias: sed quam primū subuenire urbi decebat. Sapiētis. n. imperatoris est fractis rebus cunctando cōsulare: secundis non deesse fortunæ. Itaque unum iam id timebat: ne ille conterritus his rebus grauiter afflictus & in arctum redactus boni cōsuleret: & debitas reipublicæ penas obsidione differret. quippe omni affrica quam dele re statuerat exhausta omnib; insulis exinanitis infiniti

*Pl. 245*  
*sentit sine*

*eg. scilicet*  
*aut regens.*

*Pl. 245*  
*non dubitare*

*res erat tibi*  
*maximo*  
*ut post res*  
*asperas*

*Pl. 246*  
*ne conterritus*  
*in arctum*  
*redactus*  
*boni cōsuleret*

71  
temporis annonam congefferat. Sed diuina mens & ipsius urbis æterna maiestas nefario homini eripuerit consilium: ut ex inueterato illo torpore ac fœdissimis latebris subito prorumpet: & consumpto per desidias senio ipsum diē natalis sui ultima sua cæde signaret: ne septēnarium numeꝝ sacrum & religiosum inchoando uiolaret. At quomodo instruxit aciem tot ānoꝝ uer nula purpuratus? ita prorsus ne quis euadere: ne quis: ut fit: loco motus referre gradum & instaurare præliū possit: cum a fronte armis a tergo tyberi flumie preme retur: in quo ille non mehercule cogitauit necessitatē resistendi: sed propinqtatem refugiendi. nisi forte iam sentiens diem sibi uenisse fatalem: ad solatiū suæ mortis uoluit secum trahere quā plurimos: ut omnes essent exitus sui comites: qui scelerum participes extitissent. Quid enim aliud illum sperasse credendū est? qui iam ante biduum palatio emigrauerat: & cum uxore ac filio in priuatā domum sponte concesserat: ut res est omnibus terribilibꝫ agitatus & nocturnis pulsus ultricibus: ut tu iam olim expectatus habitator sacris illis ædibus diu exhalatis expiatisq; succederes: & adeo ipse uerum sibi dixerat: & uenturo tibi cesserat. quāuis in prælium ingrederetꝫ armatus: cum excedendo palatio iam se ab dicasset imperio. Ad primum igitur aspectum maiestatis tuæ primumq; impetū totius tui uictoris exercitus hostes territi fugatiq; & angustiis Miluii pontis exclusi: exceptis latrocinii illius primis auctoribus: qui desperata uenia locum quē pugnæ sumpserant texere corporibus: cæteri omnes in fluuiū abiere præcipites: ut tandem aliquod cædis compendiū fessis tuorum dexteris

eueniret . Cum impios Tyberis hausisset: ipsum etiam  
illum cum equo & armis insignib? frustra conatum per  
abrupta ripæ ulterioris euadere: idem tyberis correptū  
gurgite deuorauit: ne tam deforme pdigium uel hanc  
obitus sui relinqueret famā: quod alicuius uiri fortis  
gladio tælo ue cecidisset . Et aliorum quidem hostium  
corpora & arma præceps fluuius uoluendo deuexit: illū  
autem eodem quo extinxerat loco tenuit: Po. Ro . dubi  
taret si putaretur aliquo profugisse: cuius mortis pro  
batio quæreretur. Sancte tybris quondam hospitis mo  
nitor Aenææ: mox Romuli conseruator expositi tu nec  
falsum Romulū diu uiuere: nec parricidam urbis pas  
sus es enatare . tu Romæ tuæ altor copiis subuehēdis:  
tu munitor mœnibus ambiendis: merito Constantini  
uictoriæ particeps esse uoluisti: ut ille hostem in te pro  
pelleret: tu necares . Neque enim semper es rapidus &  
torrens: sed pro temporum ratione moderatus . Tu  
quietus armatum Coclitem reuexisti: tibi se placido  
Cloelia uirgo commisit: ac nunc uiolentus & turbidus  
hostem reipublicæ sorbuiisti: & ne tuum lateret obse  
quium eructato cadauere prodidisti. Reperto igitur &  
trucidato corpore uniuersus in gaudia & uindictam P.  
Romanus exarsit: nec de sica tota urbe qua suffixum  
hastia ferebatur caput id piacula refedari: cum interim  
ut sunt ioci triumphales rideretur gestantis iniuria:  
cum alieni capitis merita pateretur . Sed quid ego hu  
cusque iocularia? tecta ipsa ut audio commoueri: &  
altitudo culminum uidebatur attolli quacunq; numen  
tuum tardo molimine currus inueheretur . tanta te po  
puli densitas: tanta senatus stipatio prouehēbat simul

*It. 246*  
*truncato capite*  
*in n. portus erat*  
*non desit à tota*

& attinebat . Felices qui te propius aspicerent longius  
 positi nominabāt . quos præterieras loci quem occupa  
 uerant pœnitebat . Vicissim omnes inde dicto accedere  
 insequi : certare innumerabilis multitudo & impulsu  
 vario fluctuare : & tantum sibi hominum animi post  
 illam sexennii cladem superesse memorabāt . Ausi eti  
 am qdam ut resisteres poscere : & queri tam cito accel  
 sisse palatium : & cum ingressus esses non solum oculis  
 sequi : sed pene etiam sacrum limen irrumpere . Inde  
 oibus circūfusus ut inde excederes oppiri p̄spicere opta  
 re sperare : ut uiderentur : eum a quo obsidione liberati  
 fuerant obsidere . Gloriatu sit licet & uere summus  
 orator humeris se Italiæ in patriam reportatū : te Con  
 stantine S.P.Q.R. & illo die & aliis quocunq; progres  
 sus es & oculis fere gestauit . nec quicquam aliud ho  
 mines diebus munerum sacrorumq; ludorum quam te  
 ipsum spectare potuerunt : qui tuus esset fulgor oculo  
 rum totiusque corporis circumfusa maiestas : quæ oris  
 dignitas : gaudere cuncti spectaculoꝝ mora : & fami  
 liaribus sibi artificibꝰ ob hoc solum fauere quod te præ  
 sente certarent . Nam quid ego de tuis in curia senten  
 tiis atque actis loquar ? quibus senatui auctoritatē pri  
 stinam reddidisti : salutem quam per te receperant non  
 imputasti : memoriã eius i pectore tuo sempiternã fore  
 spopondisti . Dicerē plura de diuinis orationibꝰ tuis : de  
 oblata potius q̄ impetrata benignitate : nisi mallē dicta  
 reticere dum p̄pero facta laudare . Quã libet uerba tua  
 in senatu habita nobis nota sint : tamen qualia fuerint  
 clamētix tuæ gloria nunciauit . O tandem felix ciuili  
 roma uictoria . irrupit olim te Cina furiosus & Marius

*infra b*  
*si regibus uerū*  
*esse - uincim*  
*omnes in x.*  
*libo accedere =*  
*sic fieri sicut in*  
*cuimodi q̄ p̄t*  
*cali . aliq̄ que bo*  
*deserunt aliq̄ camp*

*Alf 246.*  
*tandē ibi edimū*  
*animi p̄t . c . d .*  
*laudat*  
*mirabantur*

iratus: qui nō solo se Octauii consulis capite satiarunt:  
sed luminibꝫ ciuitatis extinctis exēpla quæ nūc toto se  
xenio passa es reliquerūt. Vicit tibi itezꝫ ante portā col  
linā Sylla felix: si se parcius uīdicasset: sed multis capiti  
bus rostra cōpleuit. Constantinꝫ uictoriæ licentiā sine  
prælii terminauit: gladios ne in eozꝫ qdem sanguinē di  
strigi passus est: quos ad supplicia poscebas. Deditā sibi  
idē Sylla exaimatāqꝫ legionē ī uilla publica trucidauit:  
pꝫcullūqꝫ morientū gemitu senatū monuit ne timeret  
qđ ipse iussisset. At iste uictor nō modo hostiū sed etiā  
uictoriæ suæ quicqđ militū bello supfuit tibi reserua  
uit. tibi. n. iā militāt quos exutos armis impator aduer  
sus hostes barbaros rursus aimauit. Iam obliti deliciæ  
circi maximi & pōpeiani theatri & nobiliū lauacroꝫ rhe  
no danubioqꝫ præhendūt: excubias agūt: latrocinia cōpe  
scunt: certant deniqꝫ cū uictoribꝫ ut ciuili bello uicti ho  
stibus cōparent. Nec tamen id mirꝫ uideri pōt: cū qualē  
cūqꝫ milita fortissimū facias tuo Imp. exēplo. Non. n.  
fessus prælius & expletꝫ uictoriis: ut natura fert: ocio te  
& quieti dedisti: sed eodē impetu quo redieras ī gallias  
tuas præxisti ad inferiorē germaniæ limitē magna scili  
cet inter capedine tēporis ac breui locoꝫ distantia post  
ānuam expeditionē statī bello auspicaꝫ a tyberi ad rhe  
nū: imo ut omen & similitudo noīs sit: & tua Imp. ma  
gnitudo ai pollicetꝫ a thusco albula ad germanicū albi  
platurus impium. Quisnā iste ē tam continuꝫ ardor?  
quæ diuinitas pꝫpetuo ingēs motuꝫ oīum rezꝫ interual  
la sunt: cessat terra noualibus: dicuntꝫ interdum flumi  
na resistere: & ipse dies noctibꝫ acquiescit. tu Constātine  
solꝫ ifatigabilis bellis bella cōtinuas: uictorias uictoris

*amplificatio m. d. r. i. g.*



73

cumulas: quasi præterita sint oblitterata si desinas nõ pu-  
tas te uicisse: nisi uincas. Rupat fidem gens leuis & lu-  
brica barbarorũ: & robore atq; audacia lectis eruptionis  
auctorib; instituisse rheno nũciabant: illico obuius affui-  
sti: & præsentia tua ne auderẽt transitũ terruisti. Etiam  
uidebaris rẽ uotis tuis fecisse contrariã q̃ inhibita eru-  
ptione nõ foret materiã uictoriã: sed inopinato consi-  
lio usus: abeundo. n. simulato nuncio maioris in superi-  
ore limite tumult;: occasione stolidis ac ferinis metib;  
obtulisti in nostra ueniẽdi relictis in occulto ducib; qui  
securos adorirent. Quo cum uenissent consiliũ tuum  
sequitur fortuna: toto rheni alueo oppleto nauib; deue-  
ctus terras eorũ ac domos mœstas lugetesq; populatus  
es: tantamq; cladem uastitatẽq; periurã genti intulisti:  
ut uix post illud nomen habitura sit. Ita nunc omnes si  
placet barbaræ nationes: & exitiales uobis mouete cona-  
tus: habetis exemplũ: quãuis enim Imp. noster amicoꝝ  
regũ admittat obsequia: idq; ipsum ualeat ad laudẽ ui-  
ctoriã quod a nobilissimis regibus timetur & colitur:  
augeri tamen gloriã uirtutis suæ gaudet quotiens pro-  
uocatur. Nam quid hoc triũpho pulchrius? quod cædi-  
bus hostium utitur etiam ad nostrũ omniũ uoluptatẽ:  
& pompã muneꝝ de reliquis barbaricæ cladis exaggerat  
Tantam captiuorũ multitudinẽ bestiis obiici: ingrati &  
perfidi nõ min; doloris ex ludibrio sui q̃ ex ipsa morte  
patiant. Inde est quod cũ exitum differre liceat: perire  
festinãt: seseq; lætalib; uulneribus & mortib; offerunt.  
Ex quo ipso apparet quam magnũ sit uicisse tam pro-  
digos sui. facile est uincere timidos & imbelles: qua-  
les amœna græcia & delitiã orientis educunt: uix leue

pallium & sericos sinus uitado sole tolerantēs: & si q̄do  
in periculū uenerint: libertatis imemores ut seruire lice  
at orantes: romanū uero militē quē qualemq; ordinat  
disciplina: & sacramēti religio confirmat: aut trucē fran  
cum ferina sola carne distentū: qui uitam p̄uētus sui  
uilitate cōtemnat: q̄tæ molis sit superare uel capere:  
quod tu Imp. & Imp. in Italia: & in ipso cōspectu barba  
riæ paulo āte fecisti: ita sine ullo discrimine oīa genera  
belloꝝ armōꝝ hostium uni tibi cedunt. Cedūt ex omni  
etiam memoria condita litteris monumēta uirtutū: nec  
uero tantūmodo uetera illa dictatoꝝ & consulū ac dei  
ceps magnōꝝ principū: sed etiam rectissima & pulcher  
rima diui patris tui facta sup̄asti: sordet. n. alios ex pro  
ximo tēpore compare: ipsum inq̄ diuū Constantiū iam  
primis impij tui lustris rerum gestāꝝ laude cumulasti.  
Inuitus hoc forte accipis Imp. sed ille dū dicim? gaudet  
e cælo & pridem uocatus ad sidera adhuc crescit in filio  
& gloriāꝝ tuarum gradib? ascendit. Purgauit ille bata  
uiam aduena hoste depulso: tibi se ex ultima barbarie  
idigenæ populi dedere. ille oceanū classe trāsmittit: tu  
& alpes gradu & classib? portus italicos occupasti. recu  
pauit ille britaniā: tu nobilissimas affrici maris isulas  
quæ p. r. fuere puinciæ. Ignoscat inq̄ diu? ipse Cōstanti  
us: qd hēo q̄ cōparē Italiæ Affricæ Romæ? Merito igit̄  
tibi Cōstātine & Imp. senat? signū dei: & pauloāte italia  
scutū & coronā cūcta aurea dedicarūt: ut cōscientiæ de  
bitū aliq̄ ex parte releuarēt. debet. n. & sæpe debet & di  
uinitati simulacꝝ aureū: & uirtuti scutū: & corona pieta  
ti. q̄ obrē te sūme rex sator cui? tot noīa sūt: quot gētiū  
līguas ēē uoluisti: quē. n. te ipse dici uelis scire nō possu

74

mus: siue in te quædam uis mensq; diuina est: quæ to-  
to infusa mundo omnibus miscearis elementis: & sine  
ullo extrinsecus accedente uigoris impulsu per te ipse  
mouearis: siue aliqua supra omne cælum potestas est:  
quæ hoc opus tuum ex altiore naturæ arce despicias: te  
inquam oramus & quæsumus ut hunc in omnia sæcu-  
la principem serues: parum est enim optare tantæ uir-  
tuti tantæq; pietati quæ longissimū habet uita progres-  
sum. Et certe summa in te bonitas est & pietas: & ideo  
quæ iusta sunt uelle debes: nec abnuendi est causa cum  
possis. nam si est aliquid quod a te benemeritis dene-  
getur: aut potestas cessauit: aut bonitas. Fac igitur ut  
quod optimum humano generi dedisti: p̄maneat æter-  
num: omnesq; Constantinus in terris degat ætates.  
Quauis enim Imp. inuicte iam diuina soboles tua ad  
reipublicæ uota successerit: & adhuc speretur futura nu-  
merosior: illa tamen erit uere beata posteritas: ut cum  
liberos tuos gubernaculis orbis admoueris: tu sis omni-  
um maximus imperator.

*Supremum*

INCIPIT GRATIARVM ACTIO MAMERTINI  
DE CONSVLATV SVO IULIANO IMPERA-  
TORI.

• TSI SCIO TE IMPERATOR & cunctos  
qui consilium tuum participant posse mira-  
ri: q̄ nunc demū gratias agere exorsus sum  
quasi beneficia in me tua cœperit a cōsula-  
tu: fatebor tamen qđ ingenii cuius me pœnitet cōsciis

*Consilij m*

*Verabamur eandem tanto principe sibi facere idem se su-  
p̄tinens esse. Consilij pœnitentia: uidebat seipsum idem  
re ad huc qđ nō in mundum uenerat*

etiam nunc tacere uoluisssem : & prorūpens licet huius  
muneris gaudium in tam arcanæ læticiæ conscientia  
coercere : sed siue errorem nostrum siue consilium con  
gesta & coaceruata in unū beneficia uicerunt atq; in id  
redegerunt necessitatis ambiguū: ut mihi aut indiferti  
aut ingrati esset fama subeūda: malui eloquētiā potius  
quam pietatem erga te officiūq; meum desiderari . Et  
sane in his honorib? : quibus me prius honestaris: mi  
nor esse causa ad agendas gratias uidebatur. Nam tum  
me ærarium publicū curare noluisti : cum quærerēs ut  
rum animi magni aduersus pecuniā: liberi aduersus of  
fensas: constantis aduersus inuidiā: me qui tibi uiderer  
eiusmodi delegisti. idque eo tempore quo exhaustæ pro  
uinciæ partim non minus exitiabilib? quam pudendis  
præsidentū rapinis ultro opem impatoris exposcerent:  
partim milites sæpe anteaactis tēporibus ludo habitū cū  
præsens stipendiū flagitarēt: quōquo modo uidebar ho  
norem onere pensare. At cum me prætoris præfecisti:  
& prouincias de te egregie meritas meæ fidei tutelæq;  
mandasti: ingens iudicii tui fuit munus. sed in eo non  
mihi solum quem tanta potestate succinxeras : uerum  
etiam negociis tuis cōmēdasse aliquaten? uidebare. Por  
ro in decernēdo consulatu remotis utilitatib? tuis ratio  
nem meæ solum utilitatis habuisti. Nam ī administra  
tionibus labor honori adiungitur : in consulatu honos  
sine labore suscipitur . in illis si læteris cupidæ ambi  
tionis esse uidearis : in hoc nisi aperte & propalam læ  
teris ingratus sis . Huc accedit: quod ipsa hæc urbs at  
que hoc augustissimū consilii publici templum offici  
um huius orationis efflagitant . Hæc tibi nominis

*higua de fibas*

71  
noui sed antiq̄ssimæ nobilitatis ciuitas ē patria. hic pri-  
mum editus. hic quasi quoddā salutare humano generi  
sidus exortus. hi ciues & populares tui silere me nō si-  
nunt: nec patiunt: ut quisq; ali⁹ auspiciatissimo die apud  
te ac de te loquēdi mun⁹ usurpet: q̄ is qui āplissimo sit  
præditus magistratu. Putant aliqd̄ aduicere ad splendo-  
rem laudū tuarū consulis nomen. & recte putant. aduici-  
tur. n. laudū dignitati honore laudātis. Ac licet maxime  
Imp. publico iudicio & noīe agere tibi gratias debean:  
tamen illa quæ pro sūma re domi forisq; gessisti: nunc  
ex parte maxia prætermittā: ut q̄to totius ad ea quæ p-  
pria sunt pueniat oratio. An ego nunc receptas uirtute  
tua Gallias Barbariā omnē subactam pergam quasi in-  
audita memorare: quæ in hac Ro. impii parte gloriosis-  
sima sint famæ laude celebrata: in tantū ut fratris im-  
peratoris mereret̄ inuidiā. Quid. n. a te aliud cōsortis im-  
peratoris alienauit aīum: nisi gloriæ tuæ splendor? Te  
stor̄ immortalē deū & ad uicē numinis mihi sanctā con-  
scientiā meam me multa constanter in hac urbe fuisse  
dicturū de his quæ aduersus optimū impatorē iclāmen-  
ter & impie cogitata atq; suscepta sūt. Si ēt nūc hoīum  
cœtus diu⁹ Aug. frequētaret: nunq̄ pfecto liberi ciuis &  
boni senatoris officio defuisse: quo min⁹ redarguerē &  
cōuincerem eas illi in te odi fuisse causas: quæ amoris  
inflammatrix & fidei obsides esse debuerūt. Florentissi-  
mas quondam antiq̄ssimasq; urbes barbari possidebāt:  
galloꝝ illa celebrata nobilitas aut ferro occiderāt: aut  
immitibus addicta dominis seruebat. Porro aliæ quas  
a uastitate barbarica terrarum interualla distulerant:  
iudicū noīe a nefariis latronib⁹ obtinebant̄. Ingenui in

dignis cruciatibꝫ corpora. Nemo ab iniuria liber: nemo intactus a cõtumelia: nisi qꝫ crudelitã prædonis pretio mitigasset: ut iam barbaris desiderarent: ut præoptaret a miseris fortuna captorꝫ. In hoc statu impator noster Gallias nactꝫ nimiũ habuit aduersus hostẽ laboris atqꝫ discriminis. una acie Germãia uniuersa deleta est. uno prælio debellatũ. sed emendatio morꝫ iudiciorꝫqꝫ correctio & difficile luctamen & piculi plenũ negociũ fuit. Nam ut quisqꝫ improbissimꝫ erat ita maxime Cæsaris rebus inimicꝫ uitãdis legum pœnis de nouo scelere remedia quærebat. & quia defender e admissa flagitia nõ poterat: in ultorem iuris inuidiã congerebat. Et cũ sancti principis merces atque instituta falsarꝫ opinionũ uituperationũ licentiam submouerẽt: callido nocendi artificio accusatoriã diritatem laudum titulis pagebant: in oibus cõuenticulis quasi per beniuolentiã illa iactantes Iulianus Alamaniã domuit: Iulianus urbes galliæ ex fauillis & cineribus excitauit. illæ puinciæ obsessæ expugnatae ferro igniqꝫ uastatae beatiores sunt his oppidis quæ habet sine hoste cõstantius. Aestates oēs in castris hyemes in tribunalibus degit. ita illi anni spacia diuisa sunt: ut aut barbaros domitet: aut ciuibꝫ iura restituat: perpetuũ professus aut contra hostem: aut contra uitia certamen. Hæc uoces fuerunt ad inflamãda odia probris omnibus potentiores. si enim cõminisci aliqua flagitia temptassent: facile ipso splendore laudis & gloriæ refutarẽtur. inuenerunt accusandi genus quod nullus refelleret. Sed quid oro uos principem nostrum facere debuisse censetis? Romanas urbes hostibus dedere ne animum fratris offenderet: prouincias firmissimas

76

utilissimasq; reip. sub obrütib? suis uexari ac diripi sine  
ret: ne qd Aug. q nolle audiret? flagitijs administratiũ  
nõ modo frena laxaret: sed et stimulator accederet: ne in  
ter pñcipis faceret morx dissimilitudo discordiã? Nobi  
lem ethruriæ adolescentẽ ferũt cũ ppter eximiã formæ  
dignitatẽ multax i se foeminax amores excitaret: faciẽ  
suã ad obliterandã pulchritudinẽ uulneribus sauciãsse.  
Sed facile fuit iuueni dignitati corporis decorẽ aĩ præ  
poneti & candorẽ decolorare: & oris nitorẽ alte ipressis  
cicatricib? deuenustare. Num aliqd aduersus huiusmõĩ  
amorẽ ciuiũ facere debuit Iulian? ac ne potuit quidem  
nisi forte existimam? patiẽtes uulnẽx formas esse uirtu  
tum. Scilicet & cãdorem æqtatis potuit obũbrare: & a  
tempantia purpurã sancti ruboris abolere: uicẽ fortitu  
dinis indignis cõfodere uulnerib?: eruere oculos proui  
dentix. deinde nisi ille adolescẽs seuerã manũ propriis  
uultibus intulisset: dies & mora nõ longi ætatis succes  
sio oẽm illum florẽ corporis pemisset. At in uirtutibus  
principis nostri quanto ætas plixior: tanto pulchritudo  
præstantior. Mitto cunctam barbariã aduersus uindicẽ  
romanæ libertatis in arma cõmotam: gentesq; recẽsui  
tas & aduersus iugũ nuper impositũ ceruice dubia con  
tumaces irrediuiuo furore nefandis stimulis excitaras.  
quæ omnia obstinata & immobilẽ pñcipis maximi tan  
dem uicere patientiã. Itaque cum ipso molimine opres  
sisset Alamaniã rebellantem: qui paulo ante inaudita  
regionum fluuiorx montium nomina exercitu uictore  
pagrauerat: per ultima ferarum gentium regna calcata  
regum capita supuolans in medio illyrici sinus impro  
uulus apuit. Vidim? felices illius comites uix stupẽtes

urbiū populos dubitasse credere quæ uidebāt. Non aliter consternatas arbitror gentes: quæ plausum cælo ex cepere palladiū. Virgines pueri fœminæ tremulæ anus titubantes senes nō sine magno attoniti horrore cernebant imperatorē longā uiam sub grauiū armoz onere currentē: properantis anhelitū sine sensu lassitudinis: crebriores sudoz riuos per fortia colla manātes: & iter illum pulueris qui barbam & capillū onerarat horrore micantia sidereis ignibus lumina. Voces gaudentium oppresserat miraculi magnitudo. cessabāt officia laudandi plusquā laudanda cernentib? . Sufficeret quidem ad expeditionē præsentīū negocioz sola properatio: sed nō sufficit principi nostro reip. una ratione cōsulere. multa pariter aggreditur pectus nullis unquā laboribus fatigatum: ut uno eodemq; tempore & componeret fidissimarum prouinciarum statum: & barbariam omnem admoto propius terrore percelleret. Longissimo cursu Istrum placuit nauigari. proh sancta diuinitas quæ nauigationis illius fuit pompa: cum dexteriolem indyti fluminis ripam utriusq; sexus omniū ordinū armatoz atq; inermiū ppetuus ordo prætexeret: despiceret ad leuam i miserabiles preces genu nixa barbaria. oēs urbes quæ danubiū incolūt auditæ. oīum audita decreta. leuati status. iſtauratæq; fortunæ. i numerabilibus barbaris data uenia: & mun? pacis indultū. Qui pperationē illā contēplabit: nihil egisse præter uiam impatorē putabit qui gestaz rerum multitudinē cōsiderabit: propasse nō credet. O facundia potens græcia omniū tuoz principū gesta in mai? extollere sola potuisti: sola factoz glorias ad uerboz copiam tetendisti. Tu nauē unam propter



aurati uelleris furtū & uirginis raptum in cælum usq̃  
 sublatam sideribꝫ consecrasti. Tu puerꝫ inuentoré seren  
 di draconū alitum curru uolantē semina in terras spar  
 sisse iactasti. Quid tu si ad scribendas celebrādasq; res  
 p̃cipis nostri animū adieceris de Iuliani lembis libur  
 nisq; factura es: quæ nō modo nihil cuiquam adimūt:  
 neq; urbes hospitas populant: sed ultro omnibꝫ populis  
 imunitates priuilegia pecunias largiunt. Qua dignita  
 te describes classē per maximi fluminis tractū remis  
 uentisq; uolitantē: tum principē nostrum alta puppe  
 sublimem non per eiusmodi agros frumēta spargentē:  
 sed romanis oppidis bonas spes libertatē diuitias diui  
 dentem: tum ex parte altera in barbaricū solum terro  
 rem bellicum trepidationes fugas formidines obseren  
 tem: Iam quale id fuit: quod istrum adhuc nauigans  
 beneficia tua usq; ad adriam tyrrhenū mæotidem porri  
 gebas. Ipso enim tempore leuati equozꝫ pretiis enormi  
 bus dalmatæ epirotæ intolerandi tributū mole depressi  
 prouidentia Imp. tua non modo miserias exuerunt: sed  
 amplam etiā atq; opulentā reuexerunt fortunā. Vrbs  
 Nicopolis quam diuus Aug. ī monumentū actiacæ ui  
 ctoriæ trophei istar extruxerat: in ruinas lachrymabiles  
 prope tota conciderat: laceræ nobiliū domus. sine testis  
 fora: iādudum aquazꝫ ductibꝫ pessundatis plena cuncta  
 squaloris: & pulueris certamen ludicꝫ lustris omnibꝫ  
 solitum frequētari intermiserat temporis mæsti defor  
 me iustitiū ipsæ illæ bonazꝫ artium magistræ & inuen  
 trices Athenæ omnē cultum publicæ priuatimq; perdi  
 derant. ī miserandam ruinam conciderat eleusina. Sed  
 uniuersas urbes ope Imp. refotas enumerare perlongū

est. scire satis ē cūctas Macedoniæ Illyrici Peloponessi  
ciuitates unis aut binis epistolis maximi Imp. repētina  
induisse nouatis mœnibꝫ iuuentutē. aquas oibus locis  
scatere: quæ paulo ante arida & siti anhelatia uisebant  
ea nunc perlui mūdari madere: fora deābulacra gymna  
sia lætis & gaudentibꝫ populis frequētari: dies festos &  
celebrari ueteres: & nouos in honorē principis consecra  
ri. Si quis mortaliū in aliquam cælestem speculā nube  
sublatꝫ paulo ante uidisset mœsta oīa semiruta oppida  
desolata mœnia ab indigenis solitudinē exulū turbam:  
is si nunc in illud idem editum reponatur: ac despiciat  
cuncta lætantia: agros consitos urbes frequētes aquas  
oppidis fluētes: magnifico cultu non priuatas ædes sed  
magnifica tecta surgentia: dites pro terrarum ingenis  
mellisibus segetes: uincentes agricolarꝫ uota uindemias:  
arduos colles profundasqꝫ ualles & lata camposꝫ balla  
tu hīnitu mugitibus persona: profecto mirabitur tam  
breui cuncta mutata: desiliet e nubibus: & uiciniā cæli  
cupide derelinquet: ut tuis Imp. terris fruatur. Illud  
uero cuius miraculi est: neminē ullum in tanto rerum  
paratu sensisse dispendiū: in omnia pecuniam ab impe  
ratore depromi: & quoddam uersa uice prouiciis pendi  
tributum: illinc ad uniuersos fluere diuitias: quo prius  
undiqꝫ confluebant: ut in maxima quæstione sit a quo  
accipias imperator: qui sic omnibus largiaris. sed qui  
uitæ tuæ instituta rationēqꝫ cognouerit: facile fontem  
copiæ huius inueniet. Maximum tibi præbet parsimo  
nia tua Aug. uestigal. quicquid enim alii in prodigas  
cupiditates prodigebant: id omne nunc in usus publi  
cos reseruat. hucuiqꝫ solus hic fructꝫ imperii putabat

ut Imp. a cæteris ciuibus non fortibus factis nec splendore: sed magnitudine sumptuū separaretur. Inde nihil necessariae substructionū in ædibus moles ingentes auxiliatorum cateruas legionum sumptū facile uincebant. Quinetiam prandiorū & cœnarum magnitudines. r. p. fantiebat. cum quæsitissimæ dapes non gestu sed difficultatibus extimarent miracula auium: loquinqui maris pisces: alieni temporis poma: æstiuæ niues: hibernæ rosæ. Hæc cuncta animus uoluptatū omnium uictor abiecit. Neque enim compandæ sunt picturæ marmorū crustæ & solido auro tecta laquearia: qui maiorem anni partem in nuda humo cubet: & cælo tantum tegatur: neq; turbæ institutorū ad delicias ministroꝝ cui tam pauca sint ministrāda: neq; tempus epularum ei: qui sæpius statarium prandiū ad necessitatē humani corporis capiat gaudens castrensi cibo ministro obuio & poculo fortuito. Sed inter hæc mirari satis nequeo: quod tam seure parcus sibi in ciues suos tam liberalis est ac remissus: laborum asperrima sibi sumens: ut nos quietis rebus agitemus. cum id usu uenire aiaduertemus: ut qui remotam a uoluptatibꝫ uitam sequantur: difficiles & morosi sint: sibi parū læti: sed alius tristiores morstas atq; sollicitas & priuatas domos faciant. At sanctissimus Imp. studet ut nos pro dignitate habitemus: ut cōmodis affluamus: ut castam quidē sed hilarem ducamus ætatem. cum alios principes labor truces: remissos desidia reddiderit: semperq; feriis imperatoribꝫ gratia cōmunibus defuerit industria: neq; quisquā sibi molestus ita se facilem cæteris præbuit: ut non ad suū exemplū alios coerceret. Noster Imp. nihil sibi ueniæ nihil

cæteris molestiæ ac laboris impartiens suo negotio oï-  
bus ocium præstat: diuitiæ largitor: curæ avarus: labo-  
riofissima negotioꝝ præoptans ipse agere q̄ aliis impe-  
rare. Multi post exactos reges impium uniuersæ reip.  
solitariū cupierunt. nota sunt recordantibꝫ noïa eorum  
uidelicet: qui nō propria ferentes affectati regni suppli-  
cia pependērūt. Mitto ueteres: qui saxo præcipientes dati:  
quorꝫ bona publicata: domus erutæ: interdicta posteris  
noïa: non paucos huiusmōi furore uecordes & nostra  
ætate tulit: qui propter cæcam impandi cupidiné in fer-  
rum ruerunt. Si hos deus paulisper uitæ redditos allo-  
quatur: heus uerbi gratia Nepotiane atq; Siluane per  
infestos gladios præsetesq; mortes imperiū petiuitis:  
at nunc ultro uobis potestas regnandi datur: ut ea qua  
Iulianus condicione regnetis: ut pro omniū ocio die no-  
ctūq; uigiletis: & cum domini uocemini: libertati ciui-  
um seruiatis: sæpius prælium quā prandiū capessatis:  
nihil cuiq; auferatis: & ultro oibus largiamini: nulli gra-  
tificemini: in neminē sæuiatis: toto in orbe terrarꝫ nul-  
lius uirginis fama uioletur: sit lectulus etiā sine in con-  
cessis sed legitimis uoluptatibꝫ uestalium thoris purior  
ætate alamanicū puluerem: hyeme pruina thraciæ in  
tectis uerticibus perferatis: profecto uerborꝫ ipsorum  
molestiā delicatæ aures non poterunt sustinere. tantis  
negociis territi non modo imperium: sed etiam uitam  
peroti ad inferiores aliquos inferos redire properabūt.  
Videbūt. n. iustum principatū laboribus curis uigiliis  
inquietū: cuius illi faciem amœnam & amabilem con-  
templantes laborum aspera non uidebant. Cum igitur  
inter egregia negocia itinere confecto usq; ad thraciæ

74  
fines peruentū foret: cursim deposito exercit? cōmeatū  
ad Romanā urbem ānonæ uacūā mentem reflexit. quē  
libet aliū a subueniēdi conatibus grauissima fames tri  
stissimū reip. periculū deterruisset: sed stipēdijs prouin  
ciarum: & patrimoni sui fructib?: tum undiq; frumētis  
comptis usq; ad opulentia abundantiaq; esurientē iam  
urbem referfit. Dicit aliquis quomodo tam multa tam  
breui tempore & recte? Sed Imp. noster addit ad temp?  
qd ocio suo detrahit. nihil sōno: nihil epulis: nihil ocio  
tribuit. Ipsa se naturalū necessariarūq; rex usurpatioē  
defraudat. totus cōmodis publicis uacat. Itaq; grādeuū  
iam imperiū uidebit his: qui nō ratione dieꝝ aut men  
sium: sed opeꝝ multitudine & effectaꝝ rerum modo Iu  
liani tēpora metient. Cum romani po. uictus: & exerci  
tus cōmeatus esset ī nauib? in media expediēdæ ānonæ  
trepidatione nunci? uenit plurimas naues africano triti  
co graues littus achaicū præteruectas constātinopolin  
puolasse: permoti oēs: & aduersus eos qui oram mariti  
mā tuebant: irati uenimus ad principē desidia indicū  
tantū pisse frumēti certatim pro se quisq; cōquerimur  
At maxim? Imp. serenum renidens nihil esse peccatū:  
nō tibi perisse quæ ad hanc urbem frumēta uenissent.  
Nos uocē illam noti amoris in patriā putabam?: cū pro  
ditorem futuri uerboꝝ ambago cælaret. iam tū. n. uen  
turæ felicitatis consci? diuini animus præuidebat. Cis  
pauculos dies in nouum ac florentē statum. r. p. restitu  
ta sacra mens ad honorum & magistratuū ornamenta  
respexit. uersari cœpit in sacri pectoris cōmitio consula  
tus. Quid secutus sit ipse scit: & quæcūq; consilia eius  
gaudet formare diuinitas. De oibus Ro. imperii uiris

primus electus sum: cum honoré meum ad oreis milita-  
ribus gloriosus collega cumularet. Gratias tibi gratias  
Imp. si mereri me credidisti: & plures gratias Imp. si tã  
tum amasti: ut me consulé faceres etiam non merenté.  
Nec ignoro maximos honores ad paꝝ dignos penuria  
melioꝝ solere deferri: sed nõ ueveor ne quis maliuoloꝝ  
in cõsulatu eo id autemet accidisse. Si quis hoc liuidus  
iactitat ipso tempore refutat: aduersus quem dixisse sa-  
tis est: iam tamen principi nostro Roma parebat. Quid  
q̃ nihil separatim mihi de honoris auguméto: neq; n.  
ultra præfecturã se uotoꝝ meorũ modestia porrigebat.  
præfert nuncius cõsulem me creatum sine impedio qđ  
iam diu paucis: sine labore quod nunq̃: sine petitione q̃  
nemini. Quis ignorat tum quoq; cum honores po. ro.  
suffragiis mandabant: multos fuisse candidatoꝝ labo-  
res: ediscenda omniũ noia tribuũ hoies atq; et singuli  
salutandi: præhêsandæ obuioꝝ man?: oibus arridendũ:  
non solũ cum infimis: sed etiam cũ ignotis familiarita-  
tis imago simulãda: multaq; alia ppter honoré agenda  
quæ alias uirum honore dignũ facere nõ deceret. Vnde  
illud Crassi celebre dictũ: cum peteret cõsulatũ: & forte  
cũ Scæuola socero p uias urbis incederet: nec præsentē  
grauissimo & seuerissimo uiro blandiri populo palpare  
obuios & artes petitorias auderet exercere: quæso inq̃  
Muti paulisp abscedas: nec comitatu tuo honestari pu-  
tes: impedis honoré meum: te spectante inept? esse non  
possum. At uero ego nulli? amoré turpi assentatiõe pro-  
merui: nihil feci ineptũ: nihil egi quod spectare Mutiũ  
nollé: nõ modo nullũ popularium deprecatus sũ: sed ne  
te quidẽ Imp. quem orare præclax: cui preces adhibere

88

plenissimū dignitatis est : uerbo saltim adii. sponte in  
familiā diuinū istud munus infusū ē . Fatebor autē tibi  
maxie Imp. & tuto apud te animi opera referabo: nunq̄  
in capita ciuiū potestare: nunq̄ prouinciā concupiui: sed  
quia iuuāda ēt a me uidebatur pro uirili portione resp.  
cum ad magistratū uocarer : propter opinionē desidiæ  
nō refugi: negocium publicū neq; ambitor appetii: neq;  
per timiditatē aut ignauā recusauī: sed a teneris annis  
ab ætate puerili ad hanc usq; caniciē consulatus amore  
flagraui. Secundū etiam tibi cōfessionis gradū debeo:  
cū in alioꝝ principū esset potestate resp. diu inanē cupi  
ditatē sine spei solatiis foui. Vnde. n. mihi aspirādi ad  
hoc nomen esset amētia opū uacuo & ignaro ambiūdi.  
Nam primū cum Cæsar esses: marcentē iam cupiditatis  
meæ flāmam spei bonæ flatibꝫ excitaſti. cū uero te Aug.  
mirificū inocentiæ ac uirtutū spectatōrē uiderem: tunc  
mecū dixi Mamertine hucusq; nō frustra uixisti: habes  
adoneū fidei ac industriæ iudicem: momēto in magnis  
res tuas esse discrimie: scietur nō meruisse te cōsulatū  
si tibi nō detulerit hic Imp. Habes Aug. pditionē silen  
tū mei: & rem a me nō breuis æui taciturnite cælatam.  
Nondū tamen cuncta prodidimꝫ: nullū hinc iam mecū  
uolo referre secretū. oīa pectoris arcana uacuabo. Suspē  
disses beniuolentiā tuā: & tuæ isti i me liberalitati con  
tra mores tuos artificii aliq̄d addidisses: forsitan rogaf  
sem. Parui autē Imp. putas esse beneficii: q̄ rogādi mihi  
periculū cōmisisti: piculum inq̄ sanctissime Imp. si præ  
stare dubitasses: si i postēꝝ distulisses. Quid inde fieret  
post repulsā : in leuissimis quoq; beneficiis petitis nec  
impetratis amicitia dissoluit. Namq; his quo amicitia

continet̃ gradus apud utrunq; pollut̃. alter amari se q̃a  
non præstitit nõ putat: alter odio se esse quia non obti  
nuit arbitrat̃. Nec sane mihi consul gratuito factus ui  
derer: si honorẽ precibus emissẽ. miserẽ enim & laborio  
sum subissem meliore æui parte transacta tyrociniũ ro  
gandi. Neq; .n. existimo molesti? esse pecuniã q̃ preces  
fundere. Deniq; oēs in emẽdo uidem? repẽsandi fiducia  
magno certoq; aĩo aux̃ argentũq; depromere: eos uero  
q̃ preces allegant: humiles atq; demissos uix cūctabũda  
atq; titubãtia uerba proferre: neq; orationẽ solum incli  
nare: sed totis corporib; in genua submitti. prorsus ut  
ex animi sentẽtia loquar: maximo uendit beneficiũ qui  
preces accipit. An uero si cõturiatis comitiis cõsul crea  
tus essem: gloriosus mihi uniuersi populi suffragiis de  
claratus uiderer? minime. si q̃dem etiã illis priscis tem  
poribus multor; ambitu fuit camp; infamis: nota diui  
forum flagitia. notæ lucello; præstigiæ tum operar; ad  
uim & seditiõnẽ manus emptæ. Nec sane potest in con  
fusa imperitor; multitudine quicq; esse perpensũ. Nam  
cum boni rari sint: improbor; uulgus immensũ: in cam  
po aut̃ numerus & turba præpolleat: sine dubio itelligi  
tur eũ suffragiis populi magistratũ capere quẽ plures  
idest quẽ priores probarũt: unde factũ ẽ ut maiores no  
stri uiderẽt Cabinios designatos & repulsos Catones.  
Sed hæc uetusta dent recordari quẽadmodũ paulo ante  
honor petit; sit. Vix pauci extiterũt quor; uirtutib; de  
ferretur: cũ quidẽ ipsis illis tarda industriæ ac p̃bitatis  
merces ueniret: cæteri uero p̃ditissimũ quẽq; ex aulicis  
frequẽtabãt: uti quispiã per artes turpissimas impatori  
acceptissim; uidebat: eum assiduis obseqis emerebant:



81.  
donisq; captabāt: nec uiros quidē: sed mulierculas exam-  
bibāt: nec foeminas tantū: sed spadones quoq;: quos qua-  
si a consortio humani generis extorres ab utroq; sexu:  
aut naturæ origo aut clades corporis separauit. Ita præ-  
clara illa ueteris noīa sordidissimū quēq; ex cohorte im-  
peratoria & improbiſsimū adulabāt. hi cū in puincias  
imissi erant: qua sacra qua profana rapiebant: iter sibi  
ad consulatū pecunia muniētes. Itaq; nullū iam erat bo-  
narū artiū studiū. Militiæ labor a nobilissimo quoq; p-  
sordido & illiberali reiciebat. Iuris ciuiliſ sciētia quæ  
Manlios Scæuolas Seruios ī amplissimū gradū dignita-  
tis euexerit: libertorū artificiū dicebatur. Oratoriā dicen-  
di facultatē multi laboris & minimi usus negociū no-  
stri pceres respuebāt: dum hoīes noluisse uideri uolūt:  
quod assequi nequiuērūt. Et uere tantū laboris uigiliarūq;  
suscipere: ad adipiscendū cuius usus agendæ uitæ erudi-  
menta nō adiuuaret: demētia ducebat. Itaq; omne stu-  
dium pecuniæ coaceruādæ. Tanto. n. uir quisq; melior:  
quāto pecuniosior habebat. Iam seruiendū miserāda pati-  
entia: assētādī mira calliditas: ministroꝝ aulæ quotidie  
limina terebant. ad fores eorū qui regis cupiditatib; ser-  
uebant ternos patriciæ gentis uiros cerneret ab huius  
modi dedecore nō imbri nō gelu non amaritudine ipsi  
us iniuriæ deterreri: demissi iacentesq; uix capita supra  
eorum: quos precabant: genua tollebant. Ad postremū  
honores non iudicio aut beniuolētia superborum: sed  
misericordia merebantur. At nunc quisquis prouincias.  
tribunatus. præfecturas. consulatus cupit: nihil neces-  
se est pecuniam per fas & nefas quæret: ac liberta-  
tem suam saluator uilis imminuat. quanto fuerit

paratior seruituti: tanto honore indignior uocabit̃. Tū  
aliud quoddā hoīum gen<sup>9</sup> est ī amicitia p̃cipis nostri  
rude: ut urbanis istis uidet̃ come subrusticū blādimētis  
adulantiū repugnat: pecunia uero alienæ tanq̃ rei noxiæ  
tactū reformidat: maximas opes in reip. salute & glorio  
si Imp. sui laude cōstituit. Iā ipse ingenti diuinaq; pui  
dentia aduersus oēs assentatoꝝ illecebras captionesque  
munit<sup>9</sup> est. Quippe ei a fucatis adulantiū uenenis q; pi  
culum est: qui aures ēt ueris laudib<sup>9</sup> grauatus imp̃tiat.  
Sed multo multoq; nūc facilior est ratio honoꝝ peten  
doꝝ. Quisq; inq̃ cape magistratū uoles: auri atq; argēti  
negligēs esto: nullas hostiari potētū ædes obito: nulli<sup>9</sup>  
pedes nulli<sup>9</sup> genua cōplectitor. Adhibeto tantū tibi gra  
tuitas: & paratu facillimas comites iusticiā fortitudinē  
tēperantiā atq; prudentiā: ultro ad te maxim<sup>9</sup> Imp. acce  
det: & ut capellas remp. flagitabit: ocioso tibi atq; alia  
curāti prouinciæ præfecturæ fasces: sella curulis atq; in  
signia oīa magistratuū p̃ferent̃. Quid. n. sibi ueræ uir  
perfectæq; uirtutis nō constāter de honore pmittat: cū  
me p̃pter tantillū inocentiæ meritū uno in anno ter ui  
deat honoratū. Ecquis deus uno in āno multiplices fru  
ctus agro uni dedit? num quisq; in eadē nouali æstate  
una ampli<sup>9</sup> q̃ semel messuit? nū cui uno autūno unoq;  
uineto uindemia triplex fluxit? una certe unius est hye  
mis oliuitas. Sed in nostri p̃cipis beneficiis miraculo  
caret multiplicata foecūditas. Ut de aliis optimis uiris  
taceā: qui a priore in proximū autumnū fructus annoꝝ  
multipliciter messuerunt: mihi certe tertia unius anni  
ubertas est consulatus. Primum thesauroꝝ omnium  
mandata custodiæ & dispensatio largiendi. secundum

locū tenet in bonorū meorū fructibꝫ præfectura. additus  
 his quo uel solo cuiuslibet audites uinceretꝫ puentuū  
 tuorū tertius cōsulatus. Dein cū ager assiduitate fructu  
 um in maciē decoquatꝫ: Imp. nostri posterior liberalitas  
 uincit priorē: nec fit effoeta gignēdo: sed per uices fruc  
 tuum fœcundatꝫ. Noua prorsus fuit honorū inferendorū  
 & insperata congestio. Nondū statum suū siderum cur  
 rricula mutauerāt: iam princeps cursū dignitatis alteriꝫ  
 cōmouebat: & iam tum sol ab eorūdem astroꝝ regione  
 radiabat: iam Aug. tertia magistratꝫ mei signa transcen  
 derat. Quæso nō uobis inanis gloriæ cupidissimꝫ non  
 si agnas ambitione notabili uideretꝫ: si quis in se tanta  
 pariter optasset: quanta in me uno tempore Aug. inges  
 sit. Habitari ab iustis uiris terras in oceano ferūt: quas  
 fortunatorū insulas uocant: quod per eas non arato solo  
 frumenta nascuntꝫ. fortuitis uitibus iuga collium uesti  
 untur. Sponte pomis arbor grauatur. ad herbarū uicem  
 olus uulgo est. Quātula ista sunt: si deum auctorē con  
 sideres: munera: nempe nobis quoqꝫ cum agrum nō no  
 stris manibus excolamꝫ: hæc illaborata nascuntꝫ. Quāto  
 felicior nostra condicio: quanto beatitudo præstantior.  
 nō spica triticea: non uiles uuarū racemi: sed opes atque  
 diuitiæ nihil laborantibꝫ ingeruntur: provinciæ præfe  
 cturæ fasces sponte pueniūt. Tu tu inqꝫ maxime Imp.  
 exulātes relegatasqꝫ uirtutes ad remp. quodā postlimi  
 nio reduxisti. Tu extincta iam litterarū studia flāmaasti.  
 Tu philosophiā paulo ante suspectam ac necdum spolia  
 tam honoribus: sed accusatam ac ream non modo iudi  
 cio liberaasti: sed amictam purpura auro gemmisqꝫ redi  
 mitam in regali solio collocasti. Susplicere iam in cælū

licet: & securis contemplari astra luminib? : qui paulo  
ante pecor? atq; quadrupedū animantiū ritu in humū  
uisus trepidos figebamus. Quis.n. spectare auderet or  
tum sideris: q̄s occasū? ne agricolæ quor? quidē opera  
ad motū signor? cælestiū tempanda sunt: tempestatū  
præfagia rimabant. Ipsi nautæ qui nocturnos curs? ad  
astra moderant: stellar? noibus abstinebāt: prorsus terra  
mariq; nō ratione cælesti: sed casu ac temere uiuebat.  
Nihil igitur mir? est Imp. & tant? amor & tam uerus in  
te ciuium feruet. Neq; .n. ullum puto post hoies natos  
tāto generis humani ardore dilectū. Cæteror? regū atq;  
iperator? caritates admodū raræ nec unq̄ diuturnæ fue  
runt. In sūmis.n. hoīum habitauere pectorib? subita &  
fortunata beniuolētia puocatæ: non uirtutū admiratiōe  
deuinctæ. At uero noster affectus ueri certiq; iudicii est  
amis mētis sedib? alligat? aīus & uitæ imixtus & unit?  
resolutis etiam morte corporib? cum imortali mente ui  
cturus. Arma igitur & iuuenes cum gladius atq; pilis  
nō custodiæ corporis sunt: sed quidam impatoriæ maie  
statis solemnīs ornatus. Quid.n. istis opus est: cum fir  
missimo sis muro ciuici amoris obseptus? An metuēda  
tibi curia est: cum senatui non solum ueterē reddideris  
dignitatem: sed plurimū etiam noui honoris adieceris?  
An populus est timendus procuratori alimentor? suo  
rum: uitæ uindici: libertatis auctori? Nam quid de  
militibus loquar? duo aut tria ferme ex uetere memo  
ria amicorum paria proferuntur. nego quempiam ab  
uno amico plus dilectum: q̄ tu Imper. non modo a  
comitibus tribunis tuis: sed a legionibus cunctis equi  
tibus ac peditibus: gregariis etiam militibus diligaris.

83

Itaq; quod ad te attinet cūcta iam a custodia tua arma remoueres: sed q̄do hoc potes psuadere militib?: anxia est fideliū diligentia. maximo amori maxim? timor iunctus est. Non nobis sufficit: quod obtinuisti: ut nemo te uelit lædere: nisi nos curam?: ut nemo possit. Habuerūt nōnulli alii principis deuotā & amantē sui cohortem: sed alio quodā modo. Primū q̄ impitua rudes indoctissimi quēq; in consiliū delegabāt. s. ut ipsorū prudentia uulgo suo aliquaten? emineret. Ita cū uilissim? quisque honorū & diuitiarū potitus fieret: sua commoda & uitia principū diligebant. Ab his optim? quisq; abigebatur procul: cū suspecta esset probitas & inuisa: & q̄to quisq; honestior tanto iportunior turpius arbiter uitaret. At tu Aug. omnib? nugis remotis optimū & doctissimum quemq; perquisis. Si quis præstat uirtutib? bellicis & laude militiæ: in amicis haberet: ultro ad familiaritatē uocatur. Quicumq; in administratiōe reip. innocentē se unq̄ & strenuū præbuit: in consortiū munerū receptat. Regendis puinciis non familiarissimū quēq; sed innocentissimū legis. Oēs a te augent pecunia: locupletant diuitis: honorib? honestant. Prorsus amicicias tueris: priuati fidei impatoris opulencia: quæ ppetuæ & constantis beniuolentiæ prima fiducia est: certissima uirtutū & princeps ueritas. Num quē in aīo esse suspicatum audiui? nemo simulātis blandiciis: nemo falsa pollicitatione deceptus est. Quis nescit aliorū imperatorū hilarem diritatem cachinnantemq; sæuiciam? a quibus ingenua crudelitas figmento læticiæ tegebatur. Mira est in principe nostro mentis linguæque concordia. Non modo humilis & parui animi: sed seruile uitium scie

esse mendaciū: & uere cum mendaces hoſes aut inopia  
aut timor faciat: magnitudinē fortunæ ſuæ imperator  
qui mentit̄ ignorat. Quis: oro uos: plura præbuit fidei  
constantiaꝫ documēta: oēs quos priuatus in familiari  
tatem recepit: eodē habet Imp. affectu. nemo gradu pul  
ſus: nemo habitu prohibet: nulli palatii fores clauſæ  
ſunt. omnes bonos habet. in recipiēdis amicis optimus  
iudex eſt. ſi aliqui ſunt improbi tolerandi. familiarium  
uitis imutabiles eſt amicus. At mutant ſecundæ res  
aīos. Noſtrum principē ſi nondū mutauerit q̄do muta  
bunt? Cuius inq̄ diuinior felicitas fuit? Paulo ante in la  
ceratis galliæ ꝑuincis lapſus inimicoꝝ capitaliū aptis  
armis & occultis inſidiis petebat. In pauculis mēſibus  
diuino munere libiæ europæ aſiæꝫ regnator eſt. Quæ  
maiora expectabim? dei præmia: quæue uberiora dona  
fortunæ: Videte num ſecundis rebus elatus aliquid de  
prioris uitæ māſuetudine & moderatione mutauerit.  
Mutauit plane mutauit: nam ciuilior factus proſperoy  
inſregit inuidiā. Cui non uel id tempus ſedatæ præbuit  
mentis iudiciū: quo horrendi belli metu rep. liberata  
elati ſum? cuncti geſtiente læticia? Sed Imp. q̄q̄ cæleſti  
ope ſalutē reip. propagatā uideret: & condicionē doliꝫ  
humana: & offenſay gratias faciens induit fatum. Et  
cuius armis uitam impugnatā ſciebat: mortē eius orna  
uit: ac poſtea ipſe iuſta perſoluit: & memoria & obliuio  
ne mirabilis: oblitus inimici: meminit hæredis. Sed qd  
ego longius iudicia mitis & māſuetæ mentis accerto?  
hic ipſe hic inquā ipſe dies præbuit ciuiliſ aī ſatis clara  
documēta. Ego & collega meus: ne quid maxim? Impe  
rator propenſi? humanitatis ſtudio faceret: uerebām̄:

Itaq; matutino crepusculo palatium petimus. aduertare nos  
principi forte tum danti operam salutatoribus nunciat. Ita  
tim e folio tanquam preceptum exiit uultu trepido atque sata  
gente qualis mens mea esse potuisset: si principi serus oc  
curreret. Aegre remotis populi qui nos praegrediebatur agmi  
nibus ut quam longissime nobis obuiam prederet laborauit.  
illic pro sancta diuinitas gaudentibus cunctis quo ore  
qua uoce inquit consul amplissime: dignatur osculo oris  
illius diuinis affatibus consecrati dexteram dedit illam  
dexteram imortale pignus uirtutis & fidei. Poetae ferunt  
altissimum illum & cuncta potestate cohibentem deum: qui  
dicatione perpetua diuina atque humana moderatur: cum de  
spiciat in terras: habitu oris tempestatum incerta mutare:  
eius nutu mundum tremescere: illius hilaritate turbines  
abigi: nubes fugari: nitetia per orbem serena refundi. hoc  
ita esse paulo ante oculis licuit experiri. In quam laxa  
tus est populus te consulibus tuis arridente laeticiam. Vi  
dimus attonitos admirantium uultus: multiformes lae  
tantium status: uarios corpore motus. clamores incon  
ditos profundebat laudandi effusa libertas: tripudiebat  
crebris saltibus multitudo. nimiae laeticiae decoris sunt  
& grauitatis imemores. illa iactatio togarum illa exul  
tatio corporum nescientibus pene hominibus excitaba  
tur. omnem modestiam populi omnem uerecundiam tui  
gaudia effrena superauerant. Aue consul amplissime.  
Aueo plane imperator & auebo. neque enim euentus esse  
potest optati huius ambiguus: cum is auere iubeat:  
qui iam fecit ut auerem. Consul amplissime: sum  
plane consul: & amplissimus consul. quis enim me fuit  
amplior consul? quem sublimat & illustrat consulatus

quem tribuisti : amplitudo quam tribuis . Post primæ  
salutationis fausta colloq̃a quid pro iure cōsulari agere  
nobis placeat: sciscitatur senatoriū impletur? officium  
si libeat tribunal petere: si concionē aduocare : si rostra  
conscendere . Sed nos ad curiam solemnia huius diei  
senatus consulta ducebāt: itaq; se comitē statim præbet  
& utq; latus cōsulatus prætextatis tectus incedit non  
multū differens a magistratib? suis & colore uestitus .  
Superfluū forte uideatur: quæ uosmetipsi uidistis itera  
re: neq; enim auribus expetunt quæ fuerint usurpata lu  
minibus: sed mādanda sunt litteris inserēda monumen  
tis : mittenda in posteros: uenturis sæculis uix creden  
da miracula . Pene itra ipsas palatinæ domus ualuas le  
cticas consulares iussit inferri. & cū honori eius uenera  
tioniq; cedētes sedile illud dignitatis amplissimæ recu  
sarem? : suis nos prope manib? impositos mixtus agmi  
ni togatorū præire cœpit pedes gradum moderans pene  
ad littoris nutū & uiatoris impium . Credet hoc aliq; s  
qui illa purpuratorū uidit paulo ante fastigia? qui ideo  
tantum honorē in suos ne in honores contēnerent con  
ferebant. Credet aliquis tanto post ueterē illam priscoꝝ  
tempoꝝ libertatē reip. redditam? Neq; n. ego Lucii Bru  
ti & P. Valerii qui primi exactis regib? potestate annua  
ciuibus præfuerūt consulatū nostro antepōnedū puto .  
Vterq; bono publico: uterq; Ro. reip. salutaris: uterq; in  
signis pricipis cōmodoꝝ: sed hēt aliquid unusq;sq; præ  
cipuum. Illi potestatē consularē per populū acceperunt:  
nos per Iulianū recepim? . illoꝝ anno libertas orta est:  
nostro restituta. sed sint sãctissime Imp. ea quæ tu iuste  
moderate ciuilitate facis alius forte miraculo : mihi esse

*no possit*



non possūt: qui te omnibū humanis uitiis absolutū & liberę sciam solo imortalitatis amore flagrare: dirigere oēs opes & cogitationes tuas ad memoriā posteritatis æternā: atq; his maxie seruire iudicibꝫ: qui de rebus gestis tuis sine odio & gratia uenturis sæculis iudicabūt. non potest quicq̃ abiectū & humile cogitare: qui scit de se semper loquendū. Nunc si tibi Imp. pax ampla nec respondente meritis tuis oratione usus uidebor: quæso obtestorq; te: meæ id naturæ potiusq̃ magnitudini beneficiorꝫ tuorꝫ putes esse tribuendū. Nemo unquā post hoies natos ampliora præmia a regibꝫ atq; imperatoribus cōsecutus ē: nulli plus oneris impositū. Non abnuam præfecturas & consulatꝫ multis esse delatos: sed his post imensos labores honos quasi debitus restitutꝫ est. mihi cū iam honorē adeptus sim: nūc demū ut merear laborandū est. Versa ratione temporꝫ pmutata munerꝫ uice modo enitendū est: ut præmio dignus existimer: cū iam præmiū ceperim. O mihi festinæ tuæ beniuolentiæ grauissimū pondus. uereor ut aperte exprimere difficultatum mearꝫ ordinē ualeam. facilius est Imp. bonis artibus mereri consulē fieri: q̃ industria & labore pficere: ut uidearis meruisse: cum factus sis. Absit Aug. & istud sancta diuinitas omen auertat: ut tu a quoq̃ mortaliū expectes uicem beneficii. uertamen q̃ solum uel accipe potest ista fortuna: uel a nobis opibus tuis tribui: imortalitatem munerꝫ tuorum colam officiis sempiternis. omne negociū omne ocium meū in ornādīs rebus tuis celebrādūq; ponetur. neq; solū a iuuentute mea uigere grati animi beniuolētia declarabit: sed etiam a me cū aia defecerit: monumēta tui in me beneficii pmanebūt

In referenda aut gratia sanctissime Imp. hoc tibi pollice  
or tempq; præstabo: mihi neq; in suggerendis consiliis  
ueritatē: neq; in aduendis: si res poposcerit: periculis ani  
mū: neq; in sentētia simpliciter ferenda fidem: neq; in  
hoiū uoluntatibꝰ pro rep. teq; ledendis libertatē: neq;  
in laboribꝰ perferendis industriā: neq; in augendis impū  
tui cōmodis grati animi beniuolentiā defuturā. Idque  
omni uitæ meæ tempore sūmis opibus enixūq; elabora  
turum effectū: ut honores in me tui non quia necesse  
fuerit ad quēcunq; delati: sed quia oportuerit recte posi  
ti: & ratione collocati esse uideantur.

INCIPIIT PANAEGYRICVS NAZARII DICTVS  
CONSTANTINO IMPERATORI,

**d** ICTVRVS CONSTANTINI augustissimas  
laudes: q̄ tātū ultra oīum sæculorꝰ p̄cīpes  
eminet: q̄ tū a priuatis cæteri p̄cīpes recesserūt: & diciturꝰ in cœtu gaudiorꝰ exultantiū  
& læticiæ gestientis: q̄ æmulationē solita beatissimorꝰ  
Cæsarꝰ q̄nquētia primo fecerūt: silētio nullā eloquētiā  
nec optari nec concipi posse: quæ dignā afferat aut tem  
pori gratiā: aut materiæ copiā: aut uestris studiis facul  
tatem. Iactat quippe se nūc cū maxime alacris oīum ac  
beatā deuotio. nec operta mentiū rimari necesse est: ex  
tat in uultu cuiusq; hilaritatis publicæ decus: & in sere  
nis frontibꝰ animorꝰ iudicia p̄legunt. Non. n. se capit  
exūdantis læticiæ magnitudo: sed dedignata pectorꝰ la  
tebras: ita multa & candida foris p̄minet: ut intelligatꝰ  
nō ingentior esse q̄ uerior. Nec uero mediocribꝰ bonis

gaudent qui exultandi modū non habent. Fruimur qui dem nos præsentiu maxia uoluptate: sed lenocinat his iam futuri ratio: & quæ temporib? disseparata sunt: animorum præsumptione iungunt. Quintūdecimū annū maxim? princeps salutaris impii degit: sed auguramur iam uicennialia: & ueturi fidem superiorū felicitate sentimus. Quinquennialia beatissimorū Cæsarū occupatos in gaudiis habent: sed in destinatis deceniis iam uota pro perantia & spes uolucres cōstituerūt: horū dehinc com potes propagabim? optabilis boni seriem. Ita oia quæ ex principib? nostris prospere ueniunt: cōtinuatos fructus ferunt: nec magis recepta delectant: quā expectata iuuerūt. Verum quid agimus uicenis aut iam tricenis annis circūscribendo: quæ æterna sentimus: ampliora sunt merita principū quam optata uotoꝝ. Et quin imo immensus felicitis cursus imperii nec humanorū terminos curant: qui semper diuina meditant. Certe cupitorum irriti nō sumus: qui cum optem? maxima: id faciamus benigni? quam securius. Quod propter cælestem in illo fauorem tam certa adipiscēdi spes est: q̄ optandi soluta libertas. Has igitur gratulationes: quæ præsentibus excitant: quæq; superiorū memoria uigent: aut quasi in posterum redūdatura cogitatio auida depascitur. Quis omniū queat flagrantissimis audientiū studiis satisfacere dicendo? Iam uero cum publicas tantum utilitates amplecti uelim: & unusq; priuatim suas cogitet tremebūda pferatur oratio: quæ tacita reputatione uincenda est. In ipsis etiam publicis gestorū ingentiū professa laudatio q̄ augendi cupiditatē præ se ferat: non iniuria minuēdi metū faciunt quæ spem amplificationis

ex magnitudine sustulerunt. Quis oro Constantine maxime: præsentē enim mihi alloqui uideor : qui & si con-  
spectu abes: reuelli tamen mentib? non potes: quis inq̄  
aspirare laudes tuas ualeat æquiperandi magis spe quā  
gratia non tacendi? Quis tam potēs fandi? cuius copia  
tam larga? tam felix? quæ cum uirtutes attrectauerit:  
nō aut circūuenta numero desperato exitu stupeat : aut  
obterat magnitudinē : aut splendore abolefacta tantū  
nitoris habeat: q̄tum ex rerum luce collegerit? Cui? .n.  
diuina uirtus & eius mira comes appēdixq; uictoria ur-  
bem Romam non præcipitantē exceperit: sed afflictam  
ac plane iacentē excitauerit: recrearit: erexerit. cūq; aliæ  
felicissimæ tuæ pri? ac deinceps expeditiones nō minus  
in se operis amplexæ sint q̄ ex ipsis faucibus fati roma  
seruata: quid dignū magnitudine tua excogitari ac dici  
potest: in cuius laudib? id maximū non est: quod ī terra-  
rum orbe primariū est? Nobilissimorū quoq; Cæsarum  
laudes exequi uelle studium quidē dulce: sed nō & cura  
mediocris est: quorū in annis pubescentib? non eruptio-  
ne uirtutis tumēs germen: non flos præcursor indolis  
bonæ lætior q̄ uberior apparet: sed iam facta grādifera  
& contra rationē ætatis: maximorūq; fructuum matura  
perceptio . Quorum alter iam obterendis hostibus gra-  
uis terrorem paternū quo semp barbaria omnis intre-  
muit: deriuare ad nomen suum cœpit. alter iam consu-  
latum iam uenerationē sui sentiens: si quid intactū aut  
parens aut frater reseruet : declarat mox uictorē futurū  
qui animo iam uincit ætatem. Rapitur quippe ad simi-  
litudinem suorū excellens quæq; natura: nec sensim ac  
lente indicium promit boni : cum inuolucra infantia

uiuidum rumpit ingeniū . Vnde enim principis maxi  
 mi tam effusus in liberos animus nisi quod i illis iam  
 simulacris sui conspicit. Comendat inferioribus suos sola  
 necessitudo naturæ : & qualescūque diligant cum illi quod  
 ex se desiderant non habent. præstantissimū principem  
 hoc maxime iuuat : quod in annis primoribus iam sunt  
 ductæ lineæ quibus uirtutū suarū effigies posset includi.  
 Et pater optimus : sed melior Imperator non tam sibi quam  
 reip. gaudet : cum liberos sibi similes intuetur : quibus ad  
 perficienda quæ ingenerata sunt bona non segnis uirtu  
 tum opifex disciplina coniungitur : ut spes æquiperandi pa  
 tris certa sit : quippe idole similes : sed sub eodem magi  
 stro discendi fortuna felicitior. Ipsum a tenero intuentes  
 in ipsum oculis ac mente conuersi nihil ab eius contem  
 platione deflectunt : incerti mirentur an diligant : nisi quod  
 necesse est utriusque permixte simul. Nam & amor factorum  
 commendator est : unde nascitur admiratio : & facta cum  
 mira sunt : amorem inuicem creant. Ita spectantibus libe  
 ris quicquid ab eo pulcherrime geritur : cum propter ipsum  
 magis placuit : tum studio imitationis inolefcit . Iam  
 tibi quidem in erudiendo impator optime non omnia  
 præponebantur quæ sequi uelles : nisi quod recte factorum  
 contemplator acerrimus si quid secus fieret a spectandi  
 cura pudentes oculos abstrahas. Dabit enim ueniam  
 clametia tua : si audaciorē ueritas facit. Existimare qui  
 dem de principibus nemini fas est. Nam & in uestibulo  
 suo inquirentē repellit obiecta ueneratio : & si quippius  
 adierunt quod oculis in solem se contendentibus euenit :  
 præstricta acie uidendi facultate caruerunt. Verū tu facis  
 principū maxime ut patere uideantur : quæ prius obstructa

fuerant: qui tam optas totus uideri quam cæteri recusa-  
bant. nō terror obtentui est: nec occultadis quæ plæxq;  
extrinsec? latent: demorādoq; aspectu ostētatio speciosa  
phibetur. Obtut? hoīum benign? receptas: nec intuentē  
iniqu? fulgor retundit: ad serenū lumen inuitat. Nunc  
deniq; intelligam? quæ desiderāda in prioribus fuerāt:  
postquam ea quæ operta in cæteris ueriti sumus: in te  
referata ueneramur. Igitur ut facitis beatissimi Cæsa-  
res per omnes paternarū laudū uias ite securi. Non sim-  
plici quidē itinere numerosæ eius uirtutes ingrediunt:  
sed omnia ad eundē gloriæ exitum ferunt. Nullæ cupi-  
ditatum deflexiones: nullis erroris anfractus: ut ueren-  
da p̄gredientibus non sit dispendiosa reuocatio: itaq;  
maturiorē cursum instituistis: qui moram considerādi  
itineris non habetis. Sed mihi circūuento hac ipsa rez  
copia: quæ potissimū capeſſenda sit uia qui aditus fiat  
incertum est. Itaque se multa offerunt specie paria ma-  
gnitudine congruentia. Verum ut in magnis domibus  
interiorem ornatum uestibula ipsa declarant: sic nobis  
uenturis ad ingentium uirtutum stupenda penetralia  
debet laudationis ingressum & prædicationis ianuam  
Roma præbere: quæ demersa quōdam tyrānidis impiæ  
malis: & quo maior eo miserabilior maiestatis pristinæ  
decus ad misericordiæ ambitum cōferebat: tibi tamen  
Constātine maxime etiam in illa sui sorte uenerabilis:  
quod quos impense amam?: obseruātia illorum integra  
est: etiam si fortuna delapsa est. in abiectos officia gra-  
tiora sunt: quæ non ex misericordia sed ex honore uene-  
runt. Sed ni mirum recte a sapientib? ponitur connexio  
inter se apta uirtutum: sic enim mutuo & opera iuuat:

& fructū operæ partiuntur : ut facile appareat insepara-  
 bilis & indiscreta permixtio . Gessisti bellum Imp.ma-  
 xime:quod tibi non minus onus urbis imposuit:quam  
 eiusdem ærumna persuasit . Itaque non plus ex eo lau-  
 dis fortitudini tuæ datum:quam pietati tributum est:  
 quod dum scelestos persequeris:miseros liberaſti. Con-  
 ſtituta enim & in perpetuū roma fundata est omnibus  
 qui ſtatum eius labefectare poterant cum ſtirpe deletis  
 Non enim qui bello euētus ſolet eſſe per uarios & uo-  
 lubiles caſus maris dubius errauit : nec fortunæ uiciſſi-  
 tudo quæ plærūq; proſperis rebus triſte aliquid agglu-  
tinat:uictorum læticiam uulnerauit. ſed tanta hoſtium  
 & tam ampla cædes tam felix & incruēta uictoria fuit:  
 ut credas non bello ancipiti dimicatū : ſed ſolas impio-  
 rum pœnas expetitas . Tantum etiam inter arma bona  
 conſciētia ſibi uindicat: ut iam ceperit non uirtutis ma-  
 giſquam integritatis eſſe uictoria. Spectat enim nos ex  
 alto rerum arbiter deus : & quanuis humanæ mentes  
 profundos gerant cogitationū reſſus:inſinuat tamen  
 ſeſe totam ſeruata diuinitas. nec fieri poteſt:ut cū ſpi-  
 ritum:quem ducimus : cum tot cōmoda quibus alimur:  
 diuinum nobis lumen impartiat : terrarum ſe curis ab-  
 dicauerit : nec inter eorū uitas diiudicet: quorum utili-  
 tates gubernat. Illa igitur uis:illa maietas ſandi ac ne-  
 ſandi diſcriminatrix:quæ omnia meritoꝝ momēta per-  
 pendit librat examinat:illa pietatem tuam textit:illa ne-  
 fariam illius tyranni fregit amentiā: illa inuictum exer-  
 citum tuum tot uictoriarum conſciā plenis pectoribus  
 ardētem tantis inſuper uiribus iuuit:quantas præſtare  
 aut deus potuit : aut amor tuus debuit : ut horrendas

*ſemper in bono  
 ſemper in bono*

acies ut incognita ferri & corporum robora fulmineus miles euerteret: ut quicquid instruxerat diuturni sceleris longa molitio felici congressione consumeres. O tuam Imp. non uictoriã magisquã clãmentia prædicãdam? grauate etiam apud animũ tuum male pereunt. Inuitus pugnaſti: qui tam facile uincebas. Tandudũ quippe præuideras hoĩem non imperando habilem: non tantæ maiestatis capacem: quod magnitudo male crediti muneris extra animi angustias effluebat: quã qui tueri nequeunt: ubi sub tanto onere fortunæ infirmitas lapsa est: faciunt licentiam de potestate. Quid ego referam infelicium indignissimas cædes? quid inexpletos libidinum passus: quid miseris patrimoniõrum direptiones? Si leantur hæc sane: non tãtum ne sopitam malorum memoriam oratio mea suscitet: sed ne sanctissimas præcipis laudes dum aliena uitia depromim? : sermo talis incestet. Incrementum quidem adeptæ felicitatis est malorum commemorata depulsio: uerum ut in segetibus etiam si multa: quæ humum obsederant: industria releuanda sunt: laborem tamen purgati soli nesciunt qui fructus editos intuent: si Constantini laudibus satis est: dum efflorescentia bona cernimus: ne mala excisa reputem?. Ferebas tamen Imp. ferebas illum in tantis malis ludentem: & cum omnia tu scires uota hominum cõuiuendo patiendo fatigabas: qui ne iniuste sic quidem arma caperes: & si nondum ab homine laceſſitus: iam tamen uitiorum eius inimicus. Sed quod erat consentaneum clãmentia tuæ experiebaris remedia meliora: ut quod leniri quam reſecari malles: mitior medicina sanaret. Quin extorques aũo tuo cõueniendi studiũ & concordia uoluntatẽ?



89  
si concordia quae uenia appellari fas est: cum qui potest uincere: optat ignoscere. Et non dubito quin hanc rationem caelestis prudentia tua duxerit: quod coniunctione sua flagrantissimas hominis cupiditates uel extingueret penitus: uel modice temperaret. Nulla quippe est libido tam uecors: quam non capiat cum in consortium temperantia uenerit. Deicit oculos deformis ignauia: ubi ei pulchritudo uirtutis obiecta est. tergiuersari atque haerere petulantiam uideas grauitate modestia & decore confusam: ut appareat te Imp. optime concordia impanda non illi impunitatem uexandae urbis daturum: sed leniore petuisse uictoriam: cum malles uitia eius quam arma superare. Sed profecto nulla ui possunt coire: quae naturali diuortio dissident. nec ulla tam fidelis est copula: quae in diuersum tendentia nexu suo teneat. Perpendit .s. secum excellens prudentia tua eique semper pietas applicata omnes concordiae commoditates: illam esse fundamentum ac radicem oculi bonorum ciuium seminarium: quietis publicae segetem & almam pacis altricem. Sed o quam aeger est ad honestatem recursus his: qui iam gradum ex nequicia protulerunt. Vocas ad societatem: appetitum tuum refugit aduersatur horrescit: nihil sibi putat tecum commune: quia nihil simile est. Iam certe quiescere uirtuti integrum non est. Nam bellum animo gerere armis abstinentem: non concordiae ratio est: sed ignaua dissensio. Licet non sit in his ratio desideranda: qui semel de uia praecipites ire ceperunt: mirari tamen nequeo: cum id delatum non amplexus sit: quod impudens esset si auderet optare. Vtriusque urbis funestam illam lacerationem lente ac remisse te laturum putauit. Sed natura affert: ut iniuriae eius quam diligas: et

si re ipsa graues sunt: frant tamen amore grauiores. an  
credidit conserenda manu non inferiore? hoc uero quã  
opinari nõ potuerit: exitus docuit: cum signis tam sæpe  
collatis nihil unq̃ qđ aut spes aucuparet: aut fortuna  
promitteret: dolis credo existimauit decipi posse. sed nõ  
uirtus tua de congressione: q̃ prudentia est de fraude  
securior. Quis. n. ad præsentiedũ sagacior? quis uigilan  
tior ad uidendũ? quis cõtemplat̃ præsentia acrius: uetū  
ra p̃lixius: ambigua certius: captiosa felicius? Non hinc  
tecum Lynceus ille certaret: qui ut poetæ ferũt parietũ  
septa & arborũ truncos uisu facile traiciebat. aut etiam  
ille quẽ eadem uetustas locuta est: cum siciliensi specu  
la constitisset: conspicari solitum naues quæ africæ por  
tum subirent: cum prospectũ hois non aer effusus quẽ  
crassiolem exhalatio maris faceret: nõ tantum disiuncta  
rum regionũ longinq̃tas impediret. Cum spes omnis  
frigere debuerit & uoluntas pacificãdi alienata sit: quis  
dubitet diuinit? armis tuis deditum? cum eo dementia  
p̃cesserit: ut uitro etiam lacefferet quẽ ambire deberet.  
O q̃ acres habes dolorũ aculeos cõtumelia: quã imponit  
inferior. Ecce enim proh dolor uerba uix suppetũt uene  
randarum imaginũ acerba deiectio: & diuini uultus litu  
ra deformis. O manus impiæ. o truces oculi: ita non  
calligastis? in quo lumen mundi obscurabatis: meritas  
ipsi tenebras nõ imbibistis? Cõmouere tandem conscia  
uirt? nec p̃mittas hoc furori: cui de te aliud nõ licebat.  
Sed qđ tandẽ assequeris cæca demẽtia? aboleri hic uul  
tus nõ põt: uniuersorũ pectoribus infixus est: nec cõmen  
datione cærx aut pigmẽtorũ fucis renitet: sed desiderio  
efflorescit aiorũ. una demũ Cõstãtini obliuio ẽ: humani

90  
generis occasus . Nunc uero cōmendabiliorem iniuria  
tua faciet patientiam eius . auidius expetent quem pic  
tura non reddit: flagrātiora sunt animoꝝ desideria cum  
oculoꝝ solatia perdidērūt . Nihil profecto grauius nihil  
miserius roma doluisti: quāuis recondita alte magis ge  
meres : & ingestos quotidie luctus callo quodam obdu  
ratae patientiae substineres . Confessus est se incōsultior  
dolor: nec timuit depræhendi: & male clausi signa mœ  
roris per uultꝝ indices exierunt . hoc . n . roma tot uulneri  
bus saucia uindicari uolebas : cum tam præstantissimꝝ  
princeps iniuriæ suæ negligens , ulcisci tuas mallet . ita  
ambo benigni ratiocinatores officioꝝ paria fecistis: tu  
uoto quo solo ualebas: ille amore pariter & facultate: ut  
tantū bonoꝝ tibi tribueret: quātum te sibi uelle recogno  
sceret . Pugnasti igitur Imp . coactus quēdē: sed hoc maxie  
uictoriā meruisti: quia non desiderabas . optasti pacem:  
sed ignosce si plus omniū uota ualuerūt . nec illa diuini  
tus ob secunda cœptis tuis solita in hoc refragata ē: sed  
aliqd & sentētia tua nō cedit: ut plus p̄ meritis iniret .  
negata est cōcordia cui erat parata uictoria . In ore deni  
que est oīum galliaꝝ exercitꝝ uisus: quī se diuinitꝝ missos  
præ se ferebant . Et quī quis cælestia sub oculis hoīum ue  
nire nō soleant : quæ crassam & calligantē aciem simplex  
& incōcreta substantia naturæ tenuis eludat: illi tamen  
auxiliatores tui aspici audiriqꝝ patientis : ubi meritum  
tuum testificati sunt: mortalis uersus contagiū refuge  
runt . Sed quæ nam illa fuisse dicitur species: quæ uigor  
corporum : quæ amplitudo membroꝝ : quæ alacritas  
uoluntatum . Flagrabant uerendū nescio quid umbone  
corusci: & cælestiū armoꝝ lux terrib ilis ardebat . tales

enim uenerant : ut tui crederent̃ . Hæc ipsorum sermo  
cinatio : hoc inter audientes ferebant : Constantinū peti  
mus : Cōstantino imus auxilio . Habent profecto & diui  
na iactantiā : & cælestia quoq; tangit ambitio . illi cælo  
lapsi illi diuinit̃ missi gloriabant̃ quod tibi militabāt .  
Ducebat hos credo Constantius pater : qui terrarū trium  
phis altiori tibi cesserat : diuinas expeditiones iā diuus  
agitabat . Magñ hic quoq; pietatis tuæ fruct̃ : qđ quī  
particeps cæli ampliorē se fieri gratia tua senserit : &  
cuius munera in alios influere iam possint : in eū ipsum  
tua munera redūdarunt . Cedat tibi non recentiũ sæcu  
lorum modo : sed tutius memoriæ uetustas : quī illa re  
cti appetens & nullo unq̃ deprauata in officio gloriatur  
penes se sanctitatis famā stetisse . sed nec leguntur præ  
conia hominū : ubi quæruntur iudicia diuina . Illi igi  
tur ueteres laudati uitæ moderatores : qui refrenandis  
cupiditatib; restricte com̃pteq; uixerunt : quorū omnis  
ætas armis conterebat̃ . Quando tantam in prælio diui  
nam opem pro merito integritatis habuerūt : ut qui  
longe a uirtutibus tuis distant : in proximo saltim iusti  
ciæ gradu reponantur . Romano quodam in bello fue  
runt duos cum equis iuuenes extitisse spectatos forma  
pariter ac uiribus quia in dimicando præter cæteros in  
signis fuissent iussu impatoris ad remunerandū requi  
sitos . ubi nullius inueniebant̃ : fides habita est diuinos  
fuisse : quod laborem sedulo cōmunicauissent : laboris  
pretium respuissent . Equidē historiæ non inuitus assen  
tior . Neq; enim in hoc ueri interpolatrix tenenda : quæ  
se non uariam antiquitatis nunciam pollicet̃ . sed tamen  
illi qui hoc annaliū monumētis illigauerunt : uerebant̃

91  
ne apud posteros miraculi fides claudicaret. Estote o  
grauissimi auctores de scriptorū religione securi: creda  
mus facta qui maiora nunc sensim? Magnitudo princi  
pis nostri gestis ueterum fidem conciliat: sed miraculū  
detrahit. Pro auxilii copia negotiorū ratio metiēda est.  
duo quondā iuuenes sed nunc exercitus uisi. hoc certe  
uberius: nec infirmi? ueritate. Sat argumēto duplici fi  
des nixa: sic Constantin? iuuari meruit: sic debuit roma  
seruari. Magnum hoc Imp. maxime: sed de tua pietate  
nō mirum. Adesse tibi in omnibus summā illam maie  
statem quæ te circūflexa tueatur: coniectura mentium  
tenebam? & si nundum ad fidem patebat oculoꝝ. &  
enim cum mens tua mortali contagione secreta pura  
omnis fundit? sincæra ubiq; sepm̄erendo deo præster:  
cum gloria tua humanū modum supgressa sit: quis est  
hoiū quin opitulari tibi deum credat: cum id & uita  
mereat? & rerum gestarū magnitudo testetur? Parūper  
igitur ab instituto cursu nō ingrato diuerticulo receda  
mus. tenebo hunc orationis modum: ut nec inhumane  
de cæteris muta sit: nec odiose de instantib? obloquat̄.  
Tu Imp. optime inito principatu adhuc æui imaturus:  
sed iam maturus imperio: ostendisti cursum ætatis nō  
expectandū in festinatione uirtutis. Tu exinde domi mi  
litiæq; iuxta bonus nusq; gradum extulisti: quin ubiq;  
te gloria quasi umbra comitata sit. Tu ferocissimis re  
gibus Ascarico & comite captis tanta laude res bellicas  
auspicat? es: ut iam inauditæ magnitudinis obsidē tene  
rem?. Vt herculē fuerūt tenex adhuc atq; lactentē duos  
angues manu elisisse: ut iā infantulo idoles futuri robo  
ris imicaret: sic tu Imp. in ipsis impii tui cunabulis q̄si

geminos dracones necares per sæuissimorum regum  
famosa supplicia ludebas . Franci ipsi præter cæteros  
truces : quorum uis cum ad bellum efferuesceret : ultra  
ipsum oceanū æstu furoris euecta : hispaniæ etiā oras  
armis infestas habebat . ii igitur sub armis tuis ita con  
ciderūt : ut deleri funditus possent : nisi diuino iunctu  
quo regis omnia : quos ipse affeceras : afficiendos filio re  
seruasses . Quāquam ad gloriam nostram fœcunda ma  
lis suis natio ita raptim adoleuit : robusteq; recreata est  
ut fortissimo Cæsari primitias ingētis uictoriæ daret :  
cum memoria acceptæ cladis non infracta sed asperata  
pugnaret . Differam? parumper italicas expeditiones :  
quibus segusiensiu ciuitatem : quæ superatis alpibus ita  
liæ claustrum obiicit : cum ui & uirtute uelut ianuam  
belli refregisses : inde per obiectas acies per exercitus  
obuios usque ad romana mœnia inoffensus uictoriæ  
impet? percurrit . Quid memorē bruteros? quid clama  
sos? quid eruscos uangionas alamanos tubantes? belli  
cum strepunt nomina : & immanitas barbariæ in ipsis  
uocabulis adhibet horrorem . hi omnes sigillatim dein  
pariter armati conspiratione fœderatæ societatis exarse  
rant . Tu tamen Imp . cum tanta belli molem uideres : ni  
hil magis timuisti quam ne timereris . adis barbaros :  
& dissimulato principis habitu q̄ proxime poteras cum  
duobus accedis . Nunq̄ est excelsior principatus : quam  
cum se publico submittit officio . facis uerba : spem illo  
rum agitas & uersas : crudelitatem negas esse præsentē .  
O uere cæca barbaria : quæ in illo uultu signa princi  
pis non uideris : quem nec sic quidē senseris : cum intra  
iactum tæli securus sui staret : Constantinum esse

92  
qui hoc poterat non timere : dubitare quicquam potes  
per omnia subnixū deo uadere? Inuictos ducis & solus  
timeris. Tot regna tot populi & tantarū nationum con-  
gregatio indignā se uirib? tuis putat: quē credit absen-  
tem. Tibi tamen incrementū laudis ex multiplicatione  
terroris est. magnificētī? congregata obteris: q̄ scrupulo-  
sius dispersa sequereris. Innumeræ simul gentes ad bel-  
lum coactæ: sed uno impetu tuo fusæ: dū collatinā uim  
comparant: cōpendiosam uictoriā præstiterūt. Vno hoc  
bello si debitis laudib? immorari uacaret dies: integer  
conderet: nunc ita oīa præteruolās cecidit oratio: ut ui-  
ctoriarū tuarū non summā euolueret: sed ornāmēta mon-  
straret. His rebus semper e rep. gestis tanta ut tantoq;  
successu: ut nunq̄ uirtus tua intremuerit: prudētia hæse-  
rit: felicitas claudicarit : satis ut opinor probatū est per-  
petuam in te benignæ maiestatis opem fluere : ut cæla-  
stes exercitus tui non tunc primo missi: sed tum demū  
intellecti esse uideant. Talis igitur ad liberandam Itali-  
am & tam tutus accedis: ut cum res bellica cæcos habe-  
at euentus: in te tamen dimicādi uolūtātē pro uictoriæ  
pignore tenebas: & si abessent auxilia diuina. Aderat. n.  
robustus & florens plenus uiriū animi plenus exercit?  
lætus armis & militiæ munia exequens studio magis  
quam necessitate : quippe tuis stipendia sunt pauciora  
quam prælia : cum dico prælia significo uictorias. Præ-  
terea tam amans tui : quam tibi carus . Ignosce enim  
superba uirtus q̄tūis fiduciæ & spiritus capias amor  
p̄ncipis facit militē fortiorē. Antiqua admodū res est q̄  
proferā: sed nō idigna memoratu . Illyrici quōdā despi-  
ciētes Eropi regis infantia: macedones bello lacererūt

& prima quidē cōgressio secundū illos fuit : uerū macedones cum bellū reficerēt: regē suum in cunis ad aciem detulerūt: cum illos ira: hos miseratio: illos signorū cantus: hos pueri uagitus accēderet: mutata est ratio certaminis. uicerūt qui amore pugnabāt. Quanto igitur est amor fidelior accepti beneficii memoria: q̄ præsumptione futuri: quod illic præcepta res iuuat : hic expectata blandit̄: tanto tui animosius dimicauerūt: qui nō puero spem gratiæ munerabant̄: sed p̄icipi post natos hoīes benignissimo meriti debitum rependebāt. Primam igitur segusiensiuū ciuitatem quam primam iter dederat: uictoria facilis amplexa est : quæ resistendi p̄tinacia ita in se impatoris uim conuertit: ut pietatem tamen non alienauerit. Nam cum introit⁹ ui manu quæreretur: & portarum inflāmatio ignem late distulisset : cuius facilis p̄adiuncta contagio partu pestifero ualescebat: maxima benignissimi Imp. fuit cura : nō modo ut incendiū non adiutū senesceret: sed oppressū emori posset. & longe operosior clamētia quā fortitudo perspecta est: cum plus in conseruāda urbe: quam in capiēda fuerat laboris: oriretur. Itaq; digrediens sic cupiditatē sui fecit: ut eam ad omne obsequiū non uictoriæ metus cōponeret: sed admiratio lenitatis. Optima aiūt esse remedia: quæ ad usum corrigendū nostri. ex aliena calamitate nascuntur: uerum anim⁹ prauitate uelut morbo impedit⁹ delictum boni non habet. ecce iam apud taurinos uenientē pugna grauior expectat: nec segusiensiuū uassitas monet ut sibi caueant: nec cogitant quod cū principe res futura sit: quod neq; uis eius resistēdi spem faciat: nec mansuetudo rationē. Campum late iacentem tantus miles

*applaudunt*



93  
oppleuerat: ut nō improbareret fiduciā: qui instructos uideret. Quæ enim illa fuisse dicitur species? quam atrox uisu: quā formidolosa? operimēto ferri equi atq; hoīes pariter obsepti: clibanariis in exercitu nomen est: superne omnibus tectis equoꝝ pectoribus: demissa lorica & crurum tenuis pendens sine impedimēto gressus a noxa uulneris uīdicabat. Te tamen Imp. non terruit nec qđ tanto numero duplicabat armatura terrorē: nec quod uim armis numer? addebat. Certum est pro negotii modo animosam esse uirtutē: quod ex se reꝝ captum suum tēperat: in paruis prope ad securitatē remissa: in medio tribus modice intensior: ubi magna uenerunt iuxta magnitudinē exanclandi operis erigitur. illa armoꝝ ostentatio & operti ferro exercit? qui imbelles oculos uulnerassent: inuictas mentes excitauerūt. quod imbutus imperatoris exemplo totis aīs eius miles ardescit: cum inuenit hostem: quem uinci deceret. Catafractos equites: in quibus maximum steterat pugnæ robur: ipse tibi sumis. his disciplina pugnandi est: cum aciem arctauerint feruent impressionis tenorem: & immunes uulnerum quicqđ oppositum sine hæsitatione perrūpant. Sed tu Imp. prudētissime qui omnes bellādi uias nosse: opem ex ingenio repperisti: quod tutissimū est eludere qđ est difficillimū sustinere. deducta acie in reuocabilē impetum hostes effundis: dein quos ludificādos receperas: reductis agminib? includis. Nihil proderat contra tendere: cum ex industria tua cederent: flexum ad insequendum ferreus rigor non dabat. Ita nostri proditos sibi clauis adoriunt: quæ grauib; ferratisq; nodis hostem uulneri nō patentem cædendo defatigabāt: ac maxime

clibana

capitibus afflictæ quos ictu perturbauerant: ruere cogebant. Tunc ire præcipites: labi recliues: semineces uacillare: aut moribûdi sedilib? attineri: permixta equor? clade impliciti iacere: q? reperto sauciandi loco passim equitem effreni dolore fundebât. Ad unû interfectis omnibus tuis integris horrorē armor? ad miraculû uictoriæ transtulerût: quod qui iuulnerabiles habebant: sine tuorum uulnerib? interissent. Antonin? Imp. i toga præstas & nō iners nec inutilis bello: cû aduersû parthos armis experiret: uisis catafractis adeo totus in metû uenit: ut ultro ad regem conciliatrices pacis litteras daret: quas cum rex imodicus animi respuisset: insolétia quidē barbari debellata est: sed patefactû est i his tantâ inisse uolentiam: ut ea uincend? armis fideret: & supaturus timeret. Quid ego referam post tantâ & tam grauē pugnâ: quod apud Brixiam magn? quidam & acer eqtat: esset fuga quam uisu astutior: & primo impetu tuo pulsus Veronâ usq; contendit ad præsidia maiora? Neq; id de decori fuit: quod excusati fugiût qui tibi cedunt. contingat quin imo timiditati miseræ res ostentâda fuga quæ habuerit dignitatē. Ipsa aut Verona freta in manibus copiis: quas in unû aduētus tui formido cōduxerat cum multor? iam cladem accepisset: facta est parûper metu cûctatior nō ratione fidelior: muris se ab impetu uindicat. Aderat quidē Ruricius experientissim? belli: & tyrannicor? ducum columē: per tota admodum mœnia magna uis hominû: & apud Brixia plæriq; iam fracti. ut in corpore cû aliqua pars ægra est: ualitudo omnis cõtaminari solet: sic illius multitudinis portio malo affecta: totum exercitû timoris cõtagio dissiparat. Quam

faciles lapsus infirmitas habet: cū eam intēpestiua mo-  
uit audacia: cum sæpe alias: tū maxime ī illa obsidione  
perspectū est. clausi impetū faciunt: & qui se aliquādiu  
latēdo a morte defenderāt: facta pugnādi causa pœnas  
eruptionis temerariæ pependerūt: idemq; Ruricius ma-  
gna suorū clade reiectus in mœnia: spe iā lassa & adhuc  
mente uesana cū se Veronam pripuisset: nouos eodem  
egit exercitus. & præcipitante iam die bellum nō detre-  
ctauit pugnæ audior quam salutis. Sed eum exitus ma-  
gisquam merita fefellerūt. nam furorē mors domuit:  
quem non potuerat considerati ratio nec uicti formido  
sanare. O nox illa æternis sæculis monumētisq; mādan-  
da: cum spiris tenebrisq; cōgressus fortunæ totum lice-  
ret: tu tamen Imp. nō intutior tempore quā deo tectior  
sæuissimo hosti multus instares. & libertate cædis exul-  
tans donum noctis duceres: quod pugnantē nemo serua-  
ret. Per infestas acies interritus uadis: densissima quæ  
que prorumpis: deicis proteris. mortis decus perdunt:  
quos ignoratus affligis: nisi quod te ipsa uis tua cogit  
agnosci. Nihil enim te permouēt tubarū fractæ uoces:  
horrendus militum clamor: pmissa casibus uulnera: illi  
si cōminus gladii: cadentiū graues gemitus: arma late  
strepentia: & in unum quendā sonitum diuersi fragoris  
acta confusio: quod hæc omnia aut uirtus negligit: aut  
ira nō sentit. Nox ipsa iustissima bellantib; causa terro-  
ris uæhemētiorē te agendis stragibus fecerat. quod so-  
lum enim uirtutis tuæ impedimentū est: miserationē  
tenebræ non habent: ut intelligi liceat quantum illo in  
bello uis tua perfecerit: pietate non retenta & maiestate  
secura. Prælio uix multa nocte confecto fessus cædib;

anhelus ex bello cruore oblitus sed hostili ad obsidiōis  
uigiliās recurrebas. O fortuna: o præpotens Roma q̄ tu  
unq̄ gratiā pro tantis his laboribꝫ referes: nisi q̄ indul  
gentissimꝫ princeps tanq̄ hoc ipsum tibi debeat: eo cario  
rem habet: quo maiore labore seruauit. Et quoniā me  
ad urbis cōmemorationē fors quædā intulit: non rez  
ordo deduxit: neq; reuocare orationē fas est: quo iādudū  
contēta ueniebat. prætereo te aquileia: te mutina: cæte  
raſq; regiones qbus ppter infecutas incredibiliū bono  
rum cōmoditates gratissima fuit ipsius oppugnationis  
iniuria. fenserūt. n. translatis ad fortissimū principē for  
tunaz suaz gubernaculis q̄ facile oīa ad salubrem cur  
sum redirent: quæ ita deferebant: ut mox aut maloz  
omniū scopulis illiderent: aut miseriaꝫ uadis adhære  
scent. Prætereo inq̄ & hæc & alia cōplura: quoz est &  
sigillatim onerosa moles: & omniū simul aceruꝫ onero  
sior. Namq; diducta ferre nequeas: his cōgregatis subi  
re: spei importunioris est q̄ fiduciaꝫ promptioris. Recu  
perata igitur Italia hic primus fuit liberadæ urbis gra  
dus: & ad uictoriā facilis accessus: q̄ illum semp exeden  
dæ urbis uisceribꝫ inhærentē: ex assuetis latebris uis di  
uinitatis excussit. In quo quidē tantū momenti fuit ad  
p̄ficiendæ rei facilitatē: ut nō tam gloriandū sit uirtuti  
tuæ præstātissime Imp. quod eum uiceris: quam gratu  
landum felicitati quod ad pugnā potius euocare. Non  
enim casu nō fiducia factū putem: ut ultro etiam exer  
citus educeret aduersū eum: cuius aduentus stridorem  
ipsum phorresceret: nisi animū iam metu deuiū infe  
stior dem: & pereundi maturitas perpulisset. Quod ita  
rātio disponendi exercitus docuit illum mente perdita

95  
implicatoq; consilio: cū eū pugnæ locū caperet: ut inter  
clusa fuga moriendi necessitatē imponeret: cū spē uictō  
riæ nō haberet. Quid? qđ impatori nostro optandū lar  
giter fuit: qđ hoc uno maxie offendit: si certamen lubri  
cum faciat spes p̄mpta fugiendi. Relaxauerit acies: aut  
frons impulsā titubauerit: fiducia manū ad pedes mi  
grat. Non amas Imp. bella: nisi feruentē hostē in gradu  
suo præcisā fuga teneat: ut aut ferro cōcidat: aut misera  
tione seruet. Apud tyberim igitur suos instruxit sic ripæ  
locatos: ut ultimorū uestigia prælagio quodā euenturæ  
cladis unda fatalis allueret. ita uero multitudine suppe  
ditante: ut ultra q̄ uisus agi posset extenta acies p̄tine  
ret: non quo frons imbecilla tractu iualido duceretur:  
sed tanta subsidiorū atq; ordinū cōfirmatione: ut acies  
nō porrectior q̄ robustior mūx utrinq; præberet: q̄ eam  
nec cōstipatio cōtraxisset: nec lōgītudo tenuerat. Preter  
mittā hoc loco Cōstātine maxime disponēdi militis tui  
miram incredibileq; rationē. hoc. n. persequi uellē quē  
tenuisset locū cælestis exercitus. dicam: quāq; nō illos ar  
bitror stetisse nisi tecū. difficillimā. n. pugnæ partē tibi  
deligis: & tanquā pro fortunæ gradu modus uiriū debe  
atur: ita inter tuos nō uis principatu magis excellere q̄  
labore. Cumulatissimū quidē principis mun⁹ est: si manu  
etiam cesset: nō cessasse consilio: sed tu nō segnior gere  
re quā iubere: simul exercit⁹ tuos monito regis: opere iu  
uas: incēdis exemplo. Quod hic etiam facis prompti⁹ q̄  
in cæteris præliis: qđ in præsentī erat tā ampla pugnæ  
merces: q̄ puginator illustris: & statim Roma uictorius.  
Cuius rei cū imaginē cepti dicitur⁹ horresco. Inuadis pri  
mus acie: solus irrumpis: obumbrāt euntē tælorū irriti

iactus: sonat ictibus umbo securus : his quos cum trabalis  
hasta deiecit insultas ferus proterit. fulget nobilis galea:  
& corusca luce gemmarum diuinum uertice monstrat: auro  
clypeus auro arma collucet. O quam uim possides uirtus  
quam in hoc habitu plus terroris praeferas quam decoris.  
Secuti hunc ardore fortissimi milites: & dignos se ductu  
eius impioque testati: sic uirum laborauerunt: quasi sum  
ma res singulorum manu teneret. Non commemorabo hic  
tectas continuis stragibus ripas non oppletum aceruis cor  
porum tyberim: & inter congestas alte cadauerum moles  
aegro nixu ac uix eluctantibus gurgitibus exeunt: quodque illud  
ipsum tyrannum non mors uiriliter sed fuga turpis perdidit:  
& dignum ignauiam & saeuiciam exitu fluctus sanguinei ne  
cauerunt. Perstringi haec satis est: quod & pridie plinius  
mihi dicta sunt: neque pro dignitate exequi copia est: &  
ne pugna raptim gesta diutius narrata quam confecta uide  
atur. O si nunc mihi facultas daretur sermonis pro rerum  
dignitate figurandi: adhiberem omnes flosculos: & abuterer  
exquisito quodam lepore ac uetustate dicendi. Iam strepi  
tus martii: iam tubarum sonores festus & resultanti fauo  
re mutant: dicendus in urbem ingressus est impatoris:  
& in exprimendo senatus. P. Q. R. maximo gaudio in  
grata nisi & ipsa lasciuat oratio. Nullus post urbem con  
ditam dies romano illuxit impio: cuius tam effusa tam  
que insignis gratulatio aut fuerit aut esse debuerit: nul  
li tam laeti triumphum quos annalium uetustas consecra  
tos in litteris habet. Non agebant quidem ante carrum  
uincti duces: sed incedebat tandem soluta nobilitas: non  
coniecti in carcerem barbari: sed deducti e carcere con  
sulares. non captiui alienigenae introitum illum honesta

90  
uerunt: sed roma iam libera nil ex hostico accepit: sed se  
ipsam recupauit: nec præda auctior facta è: sed esse præ  
da desiuit: & quo nil adici ad gloriæ magnitudinē pōt:  
imperium recepit: quæ seruitiū sustinebat. Duci sane oī  
bus uidebant subacta uitioꝝ agmina: quæ urbem graui  
ter obsederant. scelus domitū: uicta perfidia: diffidens  
sibi audacia: & iportunitas cathenata: furor uinctus: &  
cruenta crudelitas inani terrore frendebat: supbia atq;  
arrogantia debellatæ: luxuries coercita: & libido constri  
cta nexui ferreo tenebant. Sequebatur hūc comitatum  
suum tyrāni ipsius teterrimū caput: ac si qua referenti  
bus fides est: suberat adhuc sæuicia: & horrédæ frontis  
minas mors ipsa nō uicerat. Inuiciebant uulgo cōtume  
liosissimæ uoces. nam & ludibris oppressoris sui auspi  
cari libertatē iuuabat: & mira cum uolūtate conceptus  
e uita terroris insultatione interritus obterebat. Quis  
triūphus illustrior? quæ species pulchrior? quæ pompa  
felicior? Dicam itaq; Imp. quo uno satis mihi uideor  
diuinā gloriā tuā significatur? quot in illo turpitudi  
num notas extinxeras: tot in te laudū infulæ refulxerūt  
Fraudari indulgentissim? princeps e gratia neminē uo  
luit: quo minus oīa quo odium eius psuaserat: spectacu  
lum tyrānici funeris expiaret ubiq;. Iam quidē læticiā  
gestæ rei diffuderat fama uelox: & ad celeritatē nunci  
pēnata uictoria insequebat: tamen uberiore cū gaudio  
ipsius rei fructus: quod ad animū languidi? accedunt  
quæ aurium uia manant: quam quæ oculis hauriunt.  
Itaq; tanti per Italiam concursus hominū excitabatur:  
tantæ ex oppidis effusiones: ut facile antea acti terroris  
testificatio in præsentī exultatione luceret. Pari studio

missū eiusdem tyranni ad permulcendā africanā caput:  
ut q̄maxime unus affligerat:lacerat?expleret. Et nondū  
satis tēpestiuo mari affuerūt tamen nauigantib? felices  
auræ: & fluctus secūdi beatissimāq; uictoriā ipsa etiam  
elemēta iuuerūt. Caput:in quo titulus tantæ laudis cir  
cunferbat:redidit tyberis:p secuti sunt uenti:maria  
seruarūt. Quonā modo te potens Africa:q̄to læticiæ fre  
mitu:q̄ insolenti uolūtate iactasti? Nihil quippe est im  
moderati? q̄ post longam tristitiā repens gaudiū, ipetu  
suo feruet:nec ut primū libes: cōtinuo defecātū statim  
purum est. Nam ut fistulæ cū ui diu interceptæ sunt:  
exitu dato:quo largiores eo crassiores aquas euomūt:sic  
uota hoīum metu iterclusa turbide aliquid egerunt cū  
cumulata ruperunt. Hæ uictoriæ gratulatiōes nec mi  
nus uberes fructus reliquæ uirtutū fuerunt. Implicatā  
quidē atq; obsitam urbē grauissimis malis euoluerunt.  
īdefessa uis atq; eximia fortitudo. Sed quantū boni pru  
dentia excogitauit:benignitas & clamētia contulerūt.  
quorū quid magni iuuerit:difficilis extimatio est. Nam  
& calamitate obsessis finis est uoti miseria liberari: &  
mox facultas miseriæ parum grata est:nisi læticia con  
sequat. Ita pro se quæq; officiis suis functæ fortitudo  
& liberalitas impatoris cumulatiōem beatitudi  
nem exhauriēda & congerendis cōmodis reddiderunt.  
facilior quidē & multo p̄cluior lædendi q̄ cōmorandi  
semper est uia: uulnerare int egg; quā sauciato mederi:  
dissipare rapta quā diuisa componere:cessit tamen rex  
hæc condicio principi nostro. nam qcquid mali sexēnio  
toto dominatio feralis inflixerat:bimestris fere cura sa  
nauit. sanauit dico:red itegratio stat?pristini p̄mulcēdo



97

dolori satis est: nō & arcessendæ gratulationi: nec ampli  
us postules q̄ ut eū sui non pœniteat: q̄ solitario modo  
id egit: ut recuperatis quæ amiserat nō doleret: sed etiam  
ut nouorū adeptione gauderet. Prætereo priuatim reddi  
ta oibus patrimonia: quos illa monstrosa labes extorres  
domo fecerat: prætereo inquā: quia uix sufficit oratio  
facta publiciter explicare. Quāq̄ ex singulis sint augu  
mēta reip. & quicquid in eam conferat: id oē pro portiōe  
p̄manat: & uicissim necesse est q̄ sigillatī oēs adipiscūt  
in cōe reip. redundare. Iam illa uix audeo de tanto prin  
cipe cōmemorare: q̄ nullā matronarū: cui forma emēda  
tior fuerit: boni sui piguit: cū sub abstinetissimo Imp.  
species luculēta nō icitatrix licētix esset sed pudoris or  
natrix. quæ sine dubio magnā seu poti⁹ diuina laudatio  
sæpe in ipsis ēt philosophis nō tā re exhibita q̄ disputa  
tione iactata. sed remittam⁹ hoc p̄icipi nostro: q̄ ita tē  
perantiā īgenerare oibus cupit: ut eā nō ad uirtutū sua  
rum decus ascribendā: sed ad naturæ ipsius honestatē  
referendā arbitremur. Quid faciles aditus: quid aures  
patiētissimas: quid benigna respōsa: quid uultū ipsum  
augusti decoris grauitate hilaritate permixta ueneran  
dum quiddam & amabile renidentē: quis digne exequi  
possit: quarū rerū miraculo sic omnes deuinciebant: ut  
nō tam omnes dolerent: q̄ illū tyrannū ita diu tulerāt  
quā q̄ tali principe tam sero fruerētur. Longū est ex illo  
p̄censere beneficia principis: quæ in urbē sine modo re  
deuntia contexta eius benignitate fulserūt: ita infinita  
numero: cōmodis magna: ut nūq̄ obliuioē gratiā obdu  
ctura sit uel multitudo oīum: uel utilitas sigulorū. Sēsī  
sti roma tandē arcē te oīum gēciū & terrarū esse reginā:

cum ex oibus provinciis optimates uiros curiæ tuæ pi-  
gnoraueris: ut senat<sup>us</sup> dignitas non noie quam re esset  
illustrior: cū ex totius orbis flore constaret. Populi uero  
romani uis illa & magnitudo uenerabilis ad imaginē  
antiquitatis relata nō licentia effrenis exultat: nō abiecta  
languide iacet: sed sic assiduus diui p̄cipis monitis tem-  
perata est: ut cum ad nutū eius flexibilis & tenera duca-  
tur: morigerā se non terrori eius p̄beat sed benigni-  
tati. Flacidam quippe rex quietē & profundū urbi ocū-  
gentes p̄domitæ condiderūt. Vacat remissiorib<sup>us</sup> animis  
delectamēta pacis adhibere celeberrima: quæ urbis no-  
bis operib<sup>us</sup> enitescūt: nec obsoleta modo per uetustatē  
rediuuuo cultu isigniunt: sed illa ipsa quæ ante hac ma-  
gnificētissima putabantur: nunc auri luce fulgētia inde-  
corā maior<sup>um</sup> per simoniā p̄diderunt. Idcirco ipse maxime  
sublimes porticus & rutilātes auro colūnæ tantū inu-  
lari ornat<sup>us</sup> dederunt: ut illo nō min<sup>us</sup> cupide cōueniatur  
loci gratia: q̄ speculi uolūtate. Tanto<sup>rum</sup> Roma compos  
bonor<sup>um</sup>: quæ q̄dē ei sunt cū toto orbe cōia: habuit insup-  
mētis spei fructū: quē propositū sibi ex Cæsarib<sup>us</sup> nobi-  
lissimis habet eor<sup>um</sup>q; fratribus: quor<sup>um</sup> iam noia ipsa uene-  
ramur: & si uota nostra ite<sup>rum</sup> p̄feruntur. Nec lacædemo-  
nis magis licuerit hoc instituto remp. tuert suā: cum  
regem nisi ex stirpe Herculis nō hērent. Tuos Cōstanti-  
ne maxime tuos liberos ac deinceps nepotes tecū optat  
ut tanto a plurib<sup>us</sup> p̄tantur: q̄to ad maiora nascātur. De-  
clarant ecce rationē cupiditatēq; uoto<sup>rum</sup> facta Crispi Cæ-  
sar<sup>is</sup> maxim<sup>i</sup>: ī quo uelox uirt<sup>us</sup> ætatis mora nō retardata  
p̄ueriles annos gloriis triūphalib<sup>us</sup> occupauit. Cui<sup>us</sup> ita iā  
uberis scatēt laudes: ut plene possēt uideri: nisi cepisse &

93  
patrem cogitarem? Qui quidē nunc nobilissim⁹ Cæsar  
uenerādi patris fratrum suorumq; omnium fructu aspectu: seq;  
fruendum omnibus præbet. Cruda adhuc hyeme iter gelu in  
tractabile imensum spatio niuibus infestū incredibili  
celeritate cōfecit: ut intelligam? alacritatib⁹ nihil asper  
qui ipsam quā a suis petebat: tam laboriosā instituerit  
uoluntatē. Quæ tuū Constātine maxime mite pectus  
inundauit gratulatio: cui tanto iteruallo uidere filium  
licuit: & uidere uictorē. Narrauit utiq; exhausta bella:  
& hoc ad suā gratiā non ad sui ostentationē qualis exci  
piendo hoste: quā resistenti uāhemēs: quā facilis suppli  
canti. Audiuit frater intent⁹: & puerilē aīum spes læta  
& blanda gaudia titillarūt. cumq; miraret fratrem: etiam  
sibi fauit: q̄ ex annis eius quam proxim⁹ tantæ gloriæ  
esset agnouit. Nūc te Constātine maxime oēs rogam⁹:  
cū præsentē laudaueris: cū iam reip. flagitanti: cū gallis  
desiderantib⁹ reddes: iteq; atq; iteq; moneas reuertentē:  
neq; n. psuaderi facile pōt: & si q̄do armis uestris con  
tusa barbaria aliqd tamen mouerit: sit ille aīo: sit consi  
lio tui similis: temperet modo dextræ: manui parcat: &  
sit aliquid quesum⁹ in quo te iterum nolit imitari. Te  
uero Constantine Cæsar incrementū maximum boni  
publici quibus modis amplectit⁹ romana felicitas: quæ  
de te tantum expectat: quantū noīe polliceris. Et licet  
ætas adhuc euocet ab imitatione uirtutis paternæ: iam  
tamen ad pietatē eius natura deducit. Iā maturato stu  
dio litteris habilis. iam felix dextera fructuosa subscri  
ptione lætatur. Delegat multa indulgentissim⁹ parens:  
& quæ per te concedit: referri ad gratiā tuam mauult.  
Quid igitur his temporib⁹ fortunatius quam beneficia

Constantini max? qui tam mature nobis Cæsares dedit:  
ut utamur maximis eorū cōmodis:& integra ætas super  
sit. Nihil iminuitur & plurimū sumit: ut cū res largi  
ter suppetat: spes tamen illibata pmaneat. Qui quēnus  
igitur feliciter inchoatis decētia Cæsarū nobilissimorū  
ultra posteros nostros extendenda q̄ impensæ rogare &  
orare nos cōueniat: ipsis bonis temporū & reip. utilitati  
bus admonemur. Iacet in latere galliæ aut ī sinu tuo  
fusa barbaria: per se ipsa potens natio: & post romanam  
magnitudinē in terris secunda. Amicitia tuam Cōstan  
tine maxime nō min? tremide q̄ amabiliter petiuerūt.  
Nulla in terris tā ferox natio est: quæ te nō metuat aut  
diligat. Oīa foris placida: domi p̄spera. An nō uberta  
te fructuū copia? exornatæ mirandū imodum ac prope  
de integro conditæ ciuitates. nouæ leges gerēdis mori  
bus & frangēdis uitis cōstitutæ. ueterū caluniosæ amba  
ges recisæ captandæ simplicitatis laqueos perdiderūt.  
Iudore tuo munita cōiugia. securæ facultates ambitio  
ne sui gaudēt. nec aliquis habendi q̄ plurimū met?: sed  
in tanta bonorū affluētia magna uerecūdia nō habēdi.  
Hic deniq; stat? rex ē: ut obtinēdæ poti? felicitatis uotū  
geram?: q̄ augendæ cupiditatis. Vnū modo ē quo fieri  
possit Roma felicior: maximū qdē sed tamē solū: ut Cō  
stantinū conseruatorē suū: ut beatissimos Cæsares uide  
at: ut fruendi copiam pro desiderii modo capiat: & nos  
alacris excipiat: & cum reipu. ratio digredi fecerit: recē  
ptura dimittat. FINIS.

IFLAVIA HEDVORVM TANDEM  
f æterno nomine nuncupata sacer Impe  
rator commouere se funditus atq; huc

99

uenire potuisset: tota profecto coram de tuis in se maxi-  
mis pulcherrimisq; beneficiis una uoce loqueret: tibiq;  
restitutori suo imo: ut uerius fatear: conditori in ea po-  
tissimū ciuitate gratias ageret: cuius eam similē facere  
cœpisti: sed quoniā non pōt: gestit aīo quæ natura non  
patit: clamoresq; suos: qb? quotidie laudes tuas tollit in  
cælum: exaudiri a te nō sinit interiecta longinq; sua:  
id qđ fieri decebat gaudioꝝ patriæ meæ nunciū sponte  
suscepi: ut esse iā nō priuati studii litterarꝝ: sed publicæ  
gratulatiōis orator. Nolui. n. sacer Imp. cū in illo aditu  
palatii tui stratū ante pedes tuos ordinē indulgētiæ tuæ  
uoce diuina porrectaq; hac iuicta dextera subleuasti: nu-  
mini tuo gratias agere: nec mihi uerba q̄uis imparata  
defuisset. quis. n. aut præparare ad beneficia tam inspe-  
rata potuisset: aut ab tanta gratulatione cohiberet: sed  
habui rationē loci ac tēporis: ne me<sup>9</sup> ille ardor aī studiū  
que dicēdi tibi quidē q̄ mihi ad imortalitatē sufficeret  
probaret: sed pp assistentiū paucitatē: min<sup>9</sup> q̄ te dignū  
esset iret ī populo: sed te uno die de salute nostra multa  
tractante moraret oratio: quæ p magnitudine meritoꝝ  
tuorꝝ festinare nō posset. Nūc itaq; cū in hac urbe quæ  
adhuc assiduitate præsentia tuæ præ cæteris fruit: ha-  
bebit. n. felicitas æmulā flauia nostrā: totus tibi amico-  
rum tuorꝝ coitat? & oīs impii apparatus assistit: & cū oēs  
hoīes omniū fere ciuitatū aut publice missi: aut pro se  
tibi supplices adsint: dicā Imp. ea quæ libēter agnoscas  
& cæteri nobis idulta nō crederent: nisi te cognoscente  
dixissē. Primū est aut sacer Imp. in agēdis gratis osten-  
dere id qđ indultū sit non fortunæ felicitatis: sed iustæ  
fuisse clæmētiæ. Nam cū omnes homines coram non

idigētes iuuare boni sit p̄cipis: tū p̄cipue benemeri  
tis & grauit̄ affectis subuenire sapientis est. Quod cū  
ostendā nō tam studio p̄dicandæ patriæ mex: q̄ offi  
cio demōstrandæ p̄uidentiæ tuæ: tum potissime benefi  
ciorū tuorū magnitudinē p̄sequar tuam maiore uoto q̄  
ingenio. Quæ nam igit̄ gens toto orbe terrarū in amore  
romani hoīs heduis se postulet anteponi: q̄ primi oīum  
inter illas imanes & barbaras galliæ gentes plurimis  
senat̄ cōsultis fratres. po. ro. appellati sunt. & cum a cæ  
teris rhodano ad rhenū usq; populis: ne pax q̄dē posset  
nisi suspecta sperari: soli & cōsanguinitatis nomie glo  
riati sunt: & nup: ut media p̄terea: diuum Claudiū pa  
rentē tuū ad recupandas gallias soli uocauerūt: & ante  
paucissimos ānos: q̄ maxie p̄dicandū: plurima patris  
tui beneficia partim rebus effecta p̄ceperūt: partim aīo  
significata lætant̄. Fuit olim Sagūtos fœderata: sed cū  
iam tædio punici belli nouare imperiū oīs cuperet Hi  
spania: fuit amica. Massilia p̄tegi se maiestate romana  
gratulabat̄. īputauere se origine fabulosa in Sicilia ma  
mertini: in Asia ilienses. soli hedui nō metu territi: nō  
adulatione cōpulsī: sed ingenua & simplici caritate fra  
tres. p. r. crediti sunt: appellariq; meruerūt. quo noīe p̄æ  
ter cætera necessitudinū uocabula & cōitas apparet: &  
dignitatis æq̄litas. Deide cū finitimæ natiōes ipsi illi  
romanæ fraternitati nō gloriæ inuidētes. & usq; in p̄ni  
ciem sui odii icitata: germanos sibi auxilarios domi  
nos iuocassent: princeps hedui in senatū uenit: rem do  
cuit: cū quidē oblato cōsensu min⁹ sibi uindicasset q̄ da  
bat̄: scuto īnixus porauit. īpetrata ope romanū exercitū  
Cæsareq; cis rhodanū primus iduxit. semita. n. Gallia

usque ad id temporis transalpin a gallia nominabat. Sed. n. hedui totū istud q̄ rheno oceano pyreneis montibus cunctis alpibus continet: romano impio tradiderūt: hybernis hospitaliter præbitis: suppeditatis largiter cōmeatib?: armis fabricādis: pedestrib? equitū copis auxiliantib?. Ita in unā pacem sociatis oibus celtarū belgarumq; populis: eripuerē barbaris quicqd iunxere romanis. Dicit aliquis uetera ista sunt. & quidē hoc sāctiora qđ uetera. bonis. n. meritis cū ætate dignitas & pond? accedit. Atq; ut magno natu parentes magis magisq; ī dies ueneramur & colim?: fratꝝ uero æqualitas & liberorꝝ soboles blandiore licet: leuiore tamē aīos tangit affectu: ita beneficia antiqua grauiora sunt: q̄uis præsētia suauiora uideāt. Sed tamen si illa uetustate obsoluerunt: qđ hac recētia quæ pueri uidim? Attende quæso q̄ti sit Imp. qđ diuū Claudiū parētem tuū ad recuperandas Gallias primi sollicitauerūt: expectātesq; eius auxiliū septem mensib? clausi: & oīa inopiæ miserāda perpassi: tum demū irrūpendas rebellib? gallicanis portas reliquerūt: cum fessi obseruare non possent. Quod si uobis & conatibus heduorꝝ fortuna fauisset: atq; ille reip. restitutor implorantib? nobis subuenire potuisset: sine ullo detrimento romanarū uirium sine clade catalaūica compendiū pacis reconciliatis prouinciis attulisset fraternitas heduorum. Ob hæc igitur merita & prisca Diuus pater tuus ciuitatē heduorꝝ uoluit iacentē erigere: pditamq; recreare: nō solum pecuniis ad calendaria largiendis: & lauacris quæ corruerant: extruendis: sed & methycis undique transferendis: ut esset illa ciuitas prouinciarum uelut una mater: quæ reliquas urbes

quodammodo romanas prima fecisset. Dixi quam bene  
meritis heduis subueneris Imp. Sequitur ut dicam quod  
grauiter afflictis: qui locus nimirum quantum plus mihi  
suppeditaret orationis: si fas esset audiente te rebus tri-  
stioribus immorari. Vt igitur in predicandis laudibus  
patriæ meæ uerecundia modum fecit: ne arroganter in-  
surgerem: ita in commemorandis eiusdem malis: & meus  
dolor: & tuarum aurium consuetudo cohibebit. nihil enim  
libenter audis: nisi quos pro tuis gratuleris. Sed tamen  
quæso Imp. iniunge patientiam sensibus tuis: ut quem  
admodum præstantes scientia medici non aspernantur  
uulnera inspicere quæ sanant: ita nunc tu paulisper au-  
dias heduorum labores: quos sustulisti. neque enim potes  
sine experimēto misericordiæ ad laudem clæmētis per-  
uenire. Iacebat illa ciuitas non tam innixa Romanis:  
quam uirium defectione prostrata: ex quo tam noui cen-  
sus exanimauerat acerbitas. nec tamen iuste queri po-  
terat: cum & agros qui descripti fuerant haberem? &  
gallicani census cōmuni formula teneremur: qui fortu-  
nis nemini possum? æquari. Quo magis Imp. clæmen-  
tiæ tuæ gratias agimus: qui remediis sponte concessis:  
fecisti ut quod non poteramus iure petere: iuste obtinu-  
isse uideamur. habem? enim ut dixi & hominum numeros  
qui delati sunt: & agrorum modum: sed utrumque nequam  
hominum segnicia terræque perfidia. Vnde enim nobis re-  
mis aut neruis: aut ipse ille de proximo tricacissim?  
ager? aut arator? quorum redditus cum labore contendunt.  
Quāquam merito: qui uis si ignoscat ipsis cultoribus:  
quos piget laborare sine fructu siquidem ager: qui nun-  
quam respondet impediis: ex necessitate deserit etiam



inopia rusticanorū : quibus in aere alieno uacillantib⁹ :  
nec aquas deducere : nec siluas licuit excidere. Ita quic  
quid olim fuerat tolerabilis soli : aut corruptū est palu  
dibus: aut sentibus impeditū . quinetiā ipse ille pagus  
arebrign⁹ manu seritur inuida : cuius in loco uitiū cul  
tura perspicua est . Nam retro cætera siluis & rupibus  
inuis securarū sunt cubilia bestiarū. Illa autem quæ sub  
iecta & usq; Ararim porrecta planicies: fuit quidem ut  
audio aliquando iocunda : cum per singulorū fines con  
tinua cultura p̄cursus fontium uallibus patentib⁹ eue  
hebat : nunc aut̄ interclusis uastitate meatib⁹ quicquid  
humilitate sua fuerat uberi⁹ : in uoraginē & stagna con  
uersum. Ipsæ deniq; uinæ quas mirant̄ ignari: ita uetu  
state senuerūt: ut culturam iam pene non sentiant: radi  
ces enim uitiū: quarū iam nescim⁹ ætatem milies re  
plicando congestæ altitudinē debitam scrobibus exclu  
dunt: & ipsam propaginē non debitam sed obiectā per  
dunt imbribus eluendā & solibus perurendā. Nec possu  
mus: ut agranis aliisq; puinciis familiare est: nouis uiti  
bus locum ubiq; metari: cum supra saxa perpetua sint:  
infra humilitas pruinosa. Nam qd̄ ego de cæteris ciui  
tatibus illius regionis loquar⁹: quibus illachrymasse te  
ipse cōfessus es. uidisti enim non ut per agros aliarū ur  
bium omnia fere culta aperta florentia: uias faciles: na  
uigera flumina ipsas oppidorū portas alluentia: sed sta  
tim ab eo fluxu: e quo retrorsū uia ducit in belgicam:  
uasta omnia inculta squalētia muta tenebrosa: & ut mi  
litaris uia sit cōfragosa: & alternis montib⁹ ardua atque  
præceps: ut uix semiplena carpenta interdū uacua trans  
mittat. Ex quo sæpe accidit: ut obsega nostra tarda sint:

cum paruæ frugū nobis difficilior sit euectio: q̄ cæte  
ris plurimarū. Quo magis Imp. pietati tuæ gratias agi  
mus: qui cū scires itineæ regionū nostræ aditum atq;  
aspectū tam fœdum tamq; asperū: tamen illo deflectere:  
& urbē illam sola opis tuæ expectatiōe uiuentē illustra  
re dignatus es. Boni principis est libēter suos uidere fe  
lices: sed melioris iūtere ēt laborātes. Dii boni q̄s nam  
ille tū nobis illuxit dies? iam .n. ad prædicāda remedia  
ordine numinis tui supuenit oratio: cū tu q̄ primū no  
bis signū salutis fuit: portas ipsi? urbis intraſti. quæ te  
habitu illo in sinū reducto: & p̄currentib? utrinq; turri  
bus amplexu quodā uidebant accipere. Miratus es Imp.  
unus se tibi tanta obuiā effūderet multitudo: cū solitu  
dinē ex uicino monte uidisses. Oēs .n. ex agris oīum ætā  
tu m hoīes cōuolauerunt: ut uideret quē sup̄stitem sibi  
libēter optarent. Quod .n. ad ppagandos aliorū principū  
solēni uerborū more iurat: tibi cōstātine soli ultra oīum  
nostræ fata uicturi secure uouem?: cui tā longa ætas pro  
pria debeat. Magna est p̄fecto uis post diurnā ægritu  
dinē atq; mœsticiā surgentiū gaudiorū. caluit in nobis  
ultra uires nostras anim? ad læticiā: ut quodā præfagio  
futuræ felicitatis elati tanta te exultatiōe suscepimus:  
quasi iā indulgentiā qua uturus eras haberemus. Exorna  
uim? uias q̄bus in palatiū p̄uenitur paupe quidē supel  
lectile: oīum signa collegiorū: oīum deorū nostrorū simu  
lachra ptulim?: paucissima clarorū instrumēta modulorū  
per cōpēdia sæpius tibi occursura ptulim?. diuites nos  
crederet qui ueritatē studio estimaret. Sed .n. p̄uidentia  
tuā latere nō potuit quīs bene dissimulata pauptas. in  
tellexisti officiosā & honestā inopū uanitatē. Sponte nos

ad numinis tui aditū uocas: sponte affari: spōte q̄ opus  
 desiderarem?: interrogare dignatus es. Hæc sunt Imp.  
 uera beneficia: quæ nō precibus efflagitata: sed ex uolū  
 taria tua benignitate pueniūt: & citra ullā petendi mole  
 stiam adipiscēdi uoluptatē dederūt. Neq; n. parui nego  
 cii est Imp. totius orbis p se peculiariter rogare sub tan  
 tæ maiestatis affectu perfricare frontē: uultū cōponere:  
 cōfirmare animū: uerba concipe: trepidāter dicere: apte  
 desinere: expectare responsū. has oēs difficultates Imp.  
 uerecūdiæ nostræ remisisti: nō solū ultra p̄cunctando  
 qd̄ remedii poscerem?: sed et tibi ipsi suggerendo quæ  
 nos tacebam? dum nos iacētes ad pedes tuos clāmētissi  
 mo attollis affatu: uidim? misericordiā tuā humētibus  
 oculis eminetē. ibant p̄ hæc ora lachrymæ nobis saluta  
 res: tibi gloriosæ & nos inuicē iā dolore discusso fleba  
 mus gaudio. Nā sicut agros diuturno ardore sitiētes ex  
 petitus uotis imber ubertat: ita lachrymæ tuæ pectora  
 nostra gaudiis irrigabāt: ut quīs nefas esset te flente læ  
 tari: uinceret tamen gratulatio religionē: cū lachrymæ  
 illæ pietatis essent idices nō doloris. Et hæc qd̄ nobis  
 ad sūmā gratulationē sufficere potuissēt: & si remediorū  
 nostrorū sp̄e distulisses: & q̄bus nos opib? leuatur? esses  
 dubiū reliquisses. sed tam prōpta in te est natura bonita  
 tatis: ut q̄ pia mente concepis: statim uoce declarares.  
 Sic īgenui largiq; fontes ut ubiq; possint ire festināt.  
 sic celeriter ī terras cælo missa pueniūt. sic deniq; diui  
 na illa mens: quæ totū mundū hūc gubernat: quicquid  
 cogitauit: illud fecit. In quo tamen Imp. si consiliū ami  
 ci callidioris admitteres: esset q̄ fortasse repræhēderet.  
 uimū te. s. facile ea quæ sis tributurus aperire. & sine

ullo artificio cito promere quæ sperare diu debeât. Ne  
scis Imp. tua cōmendare beneficia. Præstandi celeritate  
occupas temp<sup>9</sup> optandi. Sed. n. indulgētix celeritate uici  
sti Imp. ipsa elemēta : quibus animā uiuim<sup>9</sup>. diu uenturi  
hoīs partus optat. diu uagitus inconditi locuturā diffe  
runt uocē. diu fruges hyems cohibet. uer elicit: æstas flo  
re solidat: calor ematurat . tu nobis uitā pariter totā de  
disti. tu fruct<sup>9</sup> meritorū tuorū statim nos metere: & in cō  
ditis referre iussisti. releuatur<sup>9</sup> cēsūm definisti numerū.  
reliqua debita remissur<sup>9</sup>: quātum deberem<sup>9</sup> interrogasti:  
quæ iterrogatio manifesta pmissio fuit. Nam cū is qui  
oīa potest qd sibi debeât interrogat: nō curiose p cuncta  
tur ut sciat: sed liberaliter cupit audire quātum remittat.  
Separate igitur utiq; dicā : neq; n. quasi per satyrā con  
fundenda sunt tua beneficia. Septē milia capitū remisi  
sti quartā amplius partē nostrorū censuū: & tamen utrū  
sufficeret hoc nobis sæpius requisisti. O nos utq; ne uere  
cūdos dicam nimiū an satis gratos: qui reticuim<sup>9</sup>: hæsi  
mus: indulgētix tuæ ample fluenti modū fecim<sup>9</sup>. plus  
adhuc præstare cupiebas si ausi fuisset<sup>9</sup> exposcere. Quā  
tum sit hoc Imp. beneficiū: quā necessariū nobis : quā utile  
etiam deuotionis officiis nō queo satis dicere. remissio  
ne ista septēmiliū capitū uiginti quinq; milib<sup>9</sup> dedisti ui  
res: dedisti opem: dedisti salutē : plusq; in eo cōsecutus  
es quod roborasti: quam recidisti in eo quod remisisti: quater  
tantū ter firmū certumq; redditū est: id quod irritō pete  
batur . siquidē desperatio pferendi debiti etiā id quod dari  
poterat ihibebat: nec erat ratio conādi: cū non esset spes  
ulla cōplendi. O diuinā Imp. tuā in sananda ciuitate me  
dicinā. Sicut ægra corpora & onerata stupētū torpore

membroꝝ refecata aliqua sui parte sanant̃: ut iminuta  
 uigeant quæ exacerbata torpebant: ita nos nimia mole  
 depressi leuato onere cōsurgim⁹. Nescit taxare indulgē  
 tiam tuā: qui te putat septē milia capitū sola donasse.  
 donasti oīa quæ stare fecisti. Quāq̃. n. adhuc sub pristi  
 na sarcina uacillum⁹: tamen leuior uidet̃ q̃a nemo præ  
 fertur. exonerādi præsumptio dat patientiā sustinendi.  
 Certe & tum liberi parētes suos cariores habent: & ma  
 riti coniuges nō grauate tuent̃: & parentes adultorū nō  
 pœnitent filiorū: quorū onera sibi remissa lætant̃: ita om  
 nium pietas olim fessa respirat: & suos quēq; iuuat nu  
 merare securū: cū plures adiuuant obsega paucorū. Quo  
 magis spe futuri tēporis eleuamur: recreatur aīus secu  
 ritate præteriti: remissisq; reliquis nihil est q̃ respectan  
 dum timendūq; sit: qđ aliqd uiriū uenturis pēsitationi  
 bus necet. Ita duorū temporū quæ sūt maxima molestia  
 liberati sumus: unū atq; id minimū breui labore transi  
 gim⁹. Nam cū præteritū tempus pro modo suo longū:  
 futurū aut̃ infinitū sit: præsens tempus breue: & semper  
 in partē utrāq; mutabile: cū & a præterito relinquat̃ &  
 transeat in futurū: unus hic annus prope sensū nō hēt  
 difficultatis duorū temporū idulgētis coarctat⁹: & quasi  
 termin⁹ quidā positus felicitati: & utriusq; cōfinii. qui  
 nos & in præterito liberos facit: & in futuro securos.  
 Quinq; annorū nobis reliqua remisisti. O lustrū oībus  
 lustris felicius. O lustrū qđ merito hanc impii tui æqua  
 uit ætatem. Nobis ergo præcipue te principē dii creau  
 runt: quib⁹ singulis hæc est nata felicitas: ex quo tu im  
 perare cœpisti. q̃nquēnalīa tua nobis etiam perfecta cele  
 branda sunt. illa. n. quæ te incipiēte suscepta: omnibus

inuenerunt  
 in oī  
 parte hoc  
 q̃ d̃ p̃s̃

populis iure cōmūnia: nobis hæc ppria quæ plena sunt.  
Præclara fert Catonis oratio de lustri sui felicitate. iam  
tunc. n. in illa uetere rep. ad censorꝝ laudem ptinebat: si  
lustꝝ felix cōdidisset: si horrea messis impleffet: si uinde  
mia redundasset: si oliueta larga fluxissent. Quid ergo  
nos cōuenit gratulari de hoc indulgētix tuæ lustro? lu  
stro: quo licet nulla frugū cessarit ubertas: fecisti tamē  
ut oia uideant fuisse largiora q̄ fuerit. Valet. n. nos tan  
tum habuisse q̄tum debere desinim? Valet plena fuisse  
horrea: plenas cellas cū in nullis reliq̄s hæream? Hoc  
nobis est ista largitio: q̄ terra mater frugū: q̄ Iupiter  
moderator auray. quicqd illi parci? dederūt: nobis tamē  
ex beneficio tuo natū ē. Quæ nā toto orbe terray auri  
argētiq; metalla tam larga sunt: q̄s tagus: quisue pacto  
lus tāto flexerūt auro: q̄tum liberalitate tua cōsecuti su  
mus? Non. n. maioris ē muneris abste accepisse. q̄nimo  
q̄to est durius extorqueri q̄ propriū fuerit: q̄ nō acqui  
rere qd fuerit alienū: tanto dulcior est remissa soluēdi  
necessitas: q̄ lucrādi optata cōmoditas. Quā multi Imp.  
Aug. quos inopia latitare per saltus: aut et in exiliū ire  
cōpulerat: ista remissione reliquoy in lucē exeunt: & in  
patriā reuertunt. Desinūt pristinā accusare pauperiē: de  
sinūt odisse agroꝝ suoy sterilitatē: resumūt aios operi:  
præparāt culturā: mel iorib? adnitunt auspiciis: reuisunt  
domos: referūt dona tēplis: præsertī cū tu oium nostro  
rum reseruator adueneris & quasi illa maiestatis tuæ  
comes & soci? flagrabat tota ciuitas: gaudis p̄strepet: &  
cum p̄ficisceris fortasse retinebit: dabis. n. ueniā amoris  
nostri: cōtumeliā feres. Oium sis licet domin? urbium:  
oium nationū: nos tamen & nomen accepim? tuū iam

104  
non antiquum. Bribracte quidē hucusq; dicta est Iulia  
polia florentia: sed flauia est ciuitas hæduoꝝ.

PANAEGYRICVS CONSTANTINO FILIO CON  
STANTII DICTVS.

f ACEREM SACRATISSINE Imp. quod paulo ante mihi plæriq; psuaserunt: ut quoniam maiestas tua hunc mediocritati meæ diem dicto ī ista ciuitate celeberrimū ad dicendum dedisset: deo ipso ducere sermonis exordiū: nisi me ab hoc duplex rō reuocaret: cōsiderantē neq; mediæ ætatis hoīem ostētare debere subitā dicendi facultatē: neq; ad aures tanti numinis quicq; nisi diu scriptum & sæpe tractatū afferri oportere. Nā qui apud Imp. p. r. dicit ex tēpore: q̄tum sit: nō sentit imperiū. Huc accedit q̄ iā satis multi sunt: qui me putāt nimīū multa dicturū: idq; ut arbitror nō ex ingenio meo q̄ mediocre est: sed ex laudū uestraꝝ copia metiunt̄. Quorū ego expectationem inuit? licet fallā breuitate dicēdi. reuera. n. cogitaueram plura quæ dicerē. sed malo orationē meā respui. Itaq; primū illud cōpendiū faciā: q̄ cū oēs inuicti simi p̄cīpes: quorū concors est & socia maiestas: debita ueneratione suscipiā: hūc tamen q̄tulūcunq; tuo modo Constantine numini dicabo sermonē. Vt. n. ipsos imortales deos q̄q; uniuersos aīo colam? interdū tamen ī suo quēque tēplo ac sede ueneramur: ita mihi fas est oīum principū pietatem meminisse: laudibꝫ celebrare p̄sētē. A primo igit̄ incipiā originis tuæ numine: qđ plæriq; ad huc fortasse nesciūt: sed qui te amāt plurimū sciunt. Ab

illo enim diuo Claudio manet in te auita cognatio: qui  
Ro. impii solutam & perditam disciplinā primus refor-  
mauit: imanesq; gothorū copias ponti faucibus & istri-  
ore proruptas terra mariq; deleuit: utinā diuturnior re-  
creator hoīum: quam maturior deorum comes. Quāuis  
igitur ille felicissim⁹ dies proxima religione celebratus  
imperii tui natalis habeatur: quoniam te isto habitu pri-  
mus ornauit: iam tamen ab illo generis auctore i te im-  
perii fortuna descendit. quoniam patrem tuum ipsum ue-  
tus illa impatoriæ domus prærogatiua puexit: ut iam  
summo gradu & supra humanarū rerum fata consisteres  
post duos familiæ tuæ tertius Imp. Inter omnes in quā  
participes maiestatis tuæ hoc habes. Constātine præci-  
puum: quod Imp. es: tantaq; est nobilitas originis tuæ:  
ut nihil tibi addiderit honoris imperiū: nec possit fortu-  
na numini tuo imputare: quod tuum est omissio habitu &  
suffragatione. Non fortuita hoīum consensio: nō repen-  
tinus aliquis fauoris euentus te principē fecit: imperiū  
nascendo meruisti. Quod quidē mihi deorum immorta-  
lium mun⁹ & primū uidetur & maximū: in lucem statim  
felicem uenire: & ea quæ alii uix totius uitæ laboribus  
cōsequunt: iam domi parta suscipere: quāuis etiam ma-  
gna sit & admiranda felicitas: quæ stipēdiis in ordinem  
meritis: & militiæ gradib⁹ emēsis: ad fastigiū istud ma-  
iestatis ascendit: & solis uirtutis nixa radicib⁹ ad tantū  
potentiæ robur inualuit. Quod quidē etiam tu quantū  
per ætatem licuit: consecutus es: & quis te super oēs ad-  
quirendæ gloriæ moras fortuna posuisset: crescere mili-  
tando uoluisti: & ad eūdis belli piculis ac manu cū hosti-  
bus etiam singulari certamine conferenda: notiozem te



105  
gentib? reddidisti: cum non posses esse nobilior. Mignū  
inquam est ab se profectū ad maxima puenire longe ta  
men aliud est niti per ardua & iuga montiū patere pla  
no: aliud ipsa ortus sui sublimitate fultū uerticem teno  
re fortunæ: & quæ summa sunt nō sperare sed habere.  
Sacrum istud palatiū nō candidat? imperii sed designa  
tus intrasti: confestiq; te illi paterni lares successorē ui  
dere legitimū. Neq; enī erat dubium quin ei cōpeteret  
hæreditas: quē primū imparori filium fata tribuissent.  
Te enim tantū ille & Imp. in terris & ī cælo deus in pri  
mo ætatis suæ flore generauit: toto adhuc corpore ui  
gēs: illa præditus alacritate ac fortitudine: quanq̄ bella  
plurima præcipue campi uīdonis idonei. Inde est quod  
tanta ex illo in te formæ similitudo transiuit: ut signa  
te natura uultibus tuis impressa uideatur. Idem enim  
est quem rursus in te colimus aspectus: eadem in fron  
te grauitas: eadem in oculis & in ore tranquillitas: sic  
est index modestiæ rubor: sic testis sermo iusticiæ. Ac  
cipe Imp. accipe nostrorū sensuum confessionē: dolem?  
quod Constātinus excessit a nobis: sed dum te cernim?  
illum excessisse non credimus. q̄q̄ quid ego illum excelsis  
sisse dico: cuius immortalia facta uiuūt & in ore oīum  
hoīum oculisq; uersant? quis. n. nō dico reminiscit: sed  
qs nō adhuc quodāmodo uidet q̄tis ille reb? auxerit or  
naritq; rep? q̄ ascit? Imp. primo aduētū suo innumerabi  
li hostiū classe feruētē exclusit oceanū: exercitū illū qui  
bononiensis oppidi littus infederat: terra pariter ac ma  
ri sepsit: cum reciprocos cursus illius elementi iactis  
inter undas uallis diremisset: ut quorum portus flu  
ctu allueret mare: & quod tangerent perdidissent.

Qui eodem exercitu uirtute capto: clæmentia conserua  
to: dum ædificandis classibus britanniæ recuperatio  
comparat: terram batauiã sub ipso quondã alumno suo  
a diuersis francoꝝ regibus gëtibꝫ occupatã omni hoste  
purgauit: nec contentꝫ uicisse ipsas in romanas trãstulit  
nationes: ut nõ solum arma sed & feritatẽ ponere coge  
rent. Nam quid ego de receptione britaniæ loquar: ad  
quam ita quieto mari nauigauit: ut oceanus ille tanto  
uectore stupefactꝫ caruisse suis motibus uideret: ita per  
uectus: ut nõ comitata sit sed præstolata uictoria. Quid  
de misericordia dicã qua uictis tempauit: quid de iusti  
cia qua spoliatis amissa restituit: quid de prouidentia  
qua focus sibi iunctis se eiusmodi iudicio dedit: ut ser  
uitutem passos iuuaret recepta libertas: culpæ conscio  
ad pœnitentiã reuocaret impunitas. Quid loquar rur  
sus intimas Franciæ nationes nõ iam ab his locis quæ  
olim romani inuaserãt: sed a propriis ex origine suis se  
dibus: atq; ab ultimis barbariæ littoribus auulsas: ut in  
desertis galliæ regionibꝫ collocatæ: etiã pacem romani  
imperii cultu iuuarent & arma dilectũ. Quid cõmemo  
rem luigonica uictoriam: & impatoris ipsius uulnere  
gloriosam: quid uídonis campos hostiũ strage comple  
tos: sed adhuc ossibus opertos: Quid imanẽ ex diuersis  
germanoꝝ populis multitudinẽ: q̃ duratus gelu rhenꝫ  
illuxerat: ut insulã quam diuortio sui idem amnis com  
plectit: pedestri agmine ausa repẽte laxato flumine clau  
deret: & demissis statim obsessa nauigis: ita se dedere  
cogeret: ut qđ difficilius ẽ sorte coi eligeret: & ex equo  
captiuitati traderet: relatura cũ reliq; suis infamiã pro  
ditionis suorum. Dies me ante deficiet: quã sic omnia

patris tui facta uel hac breuitate percurram. Cuius  
 etiā suprema illa expeditio nō britānica trophæa ut uul  
 go certū est expetiuit: sed diis iam uocantib⁹ ad intimū  
 terrarū limen accessit: Neq; .n. ille tot tantisq; reb⁹ gestis  
 nō dico caledonū aliorūq; pictonū siluas & paludes: sed  
 nec hyberniā proximā nec tylen ultimā: nec ipsas: si quæ  
 sunt: fortunatorū isulas dignat⁹ acquirere: sed qđ eloqui  
 nemini uoluit: iturus ad deos genitorē illū deorū ignea  
 cæli astra refouentē prospexit oceanū: ut fructur⁹ exinde  
 luce ppetua iam uideret illic diem pene continuū. Vere  
 enim profecto illū super templā petierunt: receptusq;  
 est concessu cæli Ioue ipso dexterā porrigēte: qñimo sta  
 tim sentētia rogatus cum imperiū decerneret: ut dece  
 bat dixit Constantinū piū. manifeste .n. sententia pa  
 tris electus est Imp. Qđ ita nos dicere: cū ueritas iubet:  
 tum pietati tuæ ut uideo gratissimū est. Sed cur tantū  
 modo priuatis tuis affectib⁹ blandiamur: cū oīum deorū  
 fuerit illa sententia: & quidē iā auctoritate præscripta:  
 quæ tum pleno firmata sit consilio. Iam tunc .n. cælesti  
 bus signis suffragiis ad salutē reip. uocabaris: cū ad tē  
 pus ipsum quo pater in britāniā transfretabat: classi iā  
 uela facienti repētinus tuus aduētus illuxit: ut nō adue  
 ct⁹ cursu publico: sed diuino quodā aduolasse curriculo  
 uidereris. Non .n. illa persarum cydonum ue tæla tam  
 certis iactibus destinata fixerunt: quam tempestiuus pa  
 tri tuo terras relicturo comes affuisti. omnesq; illius  
 curas: quas præfaga & tacita mente uoluebat: præsen  
 tiæ tuæ securitate laxasti. Dii boni quanta Constanti  
 num piū etiā in excessu suo felicitate donastis Imp.  
transitum facturus in cælum uidit quem relinquebat

hæredem. Illico. n. atq; ille terris fuerat exēptus: uniuersus in te cōsedit exercitus: te oīum mētes oculiq; signarunt. & q̄q̄ tu ad seniores principes de sūma rep. quid fieri placeret rettulisses: præuenerūt tamen studio qd̄ illi mox iudicio pbauerūt. Purpurā statī tibi cū primus copiā tui fecit egressus milites utilitati publicæ magis quā tuis affectib; seruiētes iniecere lachrymāti. neq; n. fas erat diutius fleri principē consecratū. Diceris etiam Imp. iuicte ardorem illū te deposcētis exercit; fugere conatus equū calcarib; incitasse. quod quidē: ut uerū audias: adolēscētix errore faciebas. q̄s. n. te Cyllar; aut Arion possēt eripe quem sequebat; imperiū? Illa inq̄ illa maestas quæ louis subiecta nutu nec Iridi deum nūciæ sed prius cōmissa uictoriæ: tā facile te comitata est: q̄ cito ad terras cælo missa perueniūt. Sic modestiā tuā atq; pietatem & differendi impii conatus ostendit: & reip. felicitas uicit. O fortunata & nunc oibus beatior terris britānia: quæ Constantinū Cæs. prima uidisti. merito te omnib; cæli ac soli bonis natura donauit: in qua nec rigor est nimi; hyemis: nec ardor æstatis: in qua segetum tanta fœcunditas: ut munerib; utriusq; sufficiat & ceteris & liberi. in qua nemora sine immanibus bestiis: terra sine serpentibus noxiis. contra pecorum mitiū innumerabilis multitudo lacte distenta & onusta uelleribus. certe: quod propter uitam diligitur: longissimæ dies: & nullæ sine aliqua luce noctes: dum illa littorum extrema planicies non attollit umbras: noctisque metam cæli & siderum transit aspectus: ut sol ipse qui nobis uidetur occidere: ibi appareat præterire. Diu boni quid hoc est: quod semper ex aliquo supremo

*ergendū*

107  
fine mundi noua deum numina uniuerso orbi colenda  
descendūt: Sic Mercuri? a nilo cuius fluminis origo ne  
scitur: sic liber ab idis prope cōscuis solis oriētis: deos se  
gentibus ostēdere præsentes. Sacretoria sunt pfecto dii  
terraneis loca uicina cælo; & inde p̄prius a diis mittit̄  
Imp. ubi terra fruit̄. Impatoris igitur filius & tanti im  
peratoris : & ipse tam feliciter adeptus imperium quō  
remp. uīdicare cōepisti? Ignobilē credo aliquē barbarorū  
manūq; repentino impetu & iprouiso latrocinio ortus  
tui auspicia temptasse. Affecisti p̄na temeritatis reges  
ipsos Franciæ : qui per absentia patris tui pacem uiola  
uerant nō dubitasti ultimis punire cruciatib? : nihil ueri  
tus gentis illius odia & iēxiabiles iras . Cur .n. ullā re  
putet iustæ seueritatis offensā Imp. qui q̄ fecit tueri po  
test: tua clāmētia est quæ parcit inimicis: & sibi magis  
prospicit q̄ ignoscit. te uero Constātine q̄tumlibet ode  
rint hostes: dum phorrescant . hæc est .n. uera uirtus ut  
nō ament & q̄escant. Cautior licet sit: qui deuictos hēt  
per ueniā p̄duelles: fortior tamen est qui calcat iratos.  
Renouasti Imp. ueterē illam romani imp̄ii fiducia: quæ  
de captis hostiū ducibus uindictā morte sumebat. Tūc  
enim captiui reges cum a portis usq; ad forum trium  
phantium currus honestassent : simul atque in capitoli  
um currum flectere cōeperat Imp. abrepti in carcerem  
necabantur. unus pro se ipso Paulo qui sedentē se acce  
perat deprecante: legem illius seueritatis euasit: cæteri  
in uinculis luce priuati aliis regibus dedere documen  
tum: ut mallent amicitiam colere Romanorum quam  
exasperare iusticiam . Adeo & hoc boni confert p̄na  
hostibus irrogata : ut non solum inimici ferocire

nō audeant: sed et amici impēsius reuertant̃. Inde ē igitur Imp. pax ista qua fruimur. Neq; n. in rheni iā gurgitib; sed noīs tui terrore munimur. q̄libet ille aut are scat æstu: aut residat gelu: neutro hostis audebit uti uado. Nihil. n. tam insupabili uallo natura præcludit: qđ non penetret audacia: cui aliqua conādi spes relinquat̃. ille est iexpugnabilis murus: quē extruit fama uirtuti. Sciunt posse franci transire rhenū: quos ad necem suā libenter admittas: sed nec uictoriā possūt sperare nec ueniam. Quid ipsos maneat: ex regū suorū cruciatib; metuntur. ideoq; tantū abest: ut amnis illius transitū moliant̃: magis ut coēpta ponte desperēt. Vbi nunc est illa ferocia: ubi semp̃ infida nobilitas? Iam ne p̄cul quidē rhenū audetis attollere: & uix securi flumina interiora petitis. Contra hinc per interualla disposita magis ornant limitē castella q̄ protegūt. Arat illam terribilē ali quādo ripam inermis agricola: & toto nostri greges flumine bicorni mersant̃. Hæc est tua Constātine de Asacari cinere Gaisiq; supplicio quotidiana atq; æterna uictoria oibus quondā secūdis præliis anteponēda. semel acie uincit̃. sine fine documēto cladem suā quīuis multi pereant uulg; ignorat: cōpendiū est deuincendorū hostiū duces sustulisse. Ut tamē oibus modis barbarorū imant̃tas frangeret̃: nec hostes regū suorum supplicia mœrerent: etiam immensam bruteris uastationē fecisti Imp. inuicte. In quo prima cōsiliū tui fuit ratio: qđ exercitu repente traiecto inopinātes adortus es: non quo aperto Marte diffideres: ut qui palam congregi maluisses: sed ut illa natio perfugis siluarum & paludium bellum solita frustrari: fugæ tempus amitteret. Cæsi igitur

manis  
ipius mar  
denon' q'

107  
innumerabiles: capti plurimi: quicquid fuit pecoris captum  
aut trucidatum est: uici omnes igne consumpti: puberesque  
in manus uenerunt: quorum nec perfidia erat apta militiæ:  
nec ferocia seruituti ad poenas spectaculo dati sæuientes  
bestias multitudine sua fatigarunt. Hoc est Imp. fretum  
esse uirtute sua atque fortuna: hoc est non pacem emere  
parcendo: sed uictoriam querere puocando. Insuper etiam  
agrippiensi ponte faciendo reliquis afflictæ gentis insul-  
tas: ne unquam metus ponat: semper horreat: semper supplices  
manus tendat: cum tamen hoc tu magis ad gloriam im-  
perii tui & ornatum limitis facias: quam ad facultatem quo-  
tiens uelis in hostem transeundi. quippe cum totus armatis  
nauibus Rhenus instructus sit: & ripis omnibus usque ad oceanum  
dispositus miles imineat. Sed pulchrum tibi uideatur: & re uera  
pulcherrimum est: ut Rhenus ille non solum superioribus locis:  
ubi aut latitudine uadus: aut uicinia fontis exiguus:  
sed & ibi nouo ponte calcetur ubi torrens est: ubi iam plurimos  
hausit amnes: quos hic noster ingens fluuius & barbarus  
Nicer & Meus inuexit: ubi iam immani meatu ferox & aluei  
unius impatiens in sua cornua gestit excedere. Seruit pro-  
fecto Constantine maxime ipsa rege natura numini tuo:  
cum in illa gurgitum altitudine tantarum molium funda neta  
iaciunt fidam & stabilem firmitatem habitura. Iuxerit quod-  
dam licet helleponti angustias classe conexa persarum rex  
potentissimus: temporarius ille transitus fuit. simili nauium con-  
tinuatione baianum sinum strauerit ab Aug. tertio Cæsar:  
delicata fuit illa uectatio principis ociosi: hoc opus &  
difficile factum: & usu futurum est sempiternum. Certe quidem  
iam ter in exordio suo hostium mouit obsequia: qui pacem  
supplices petierunt: nobilissimos obsides obtulerunt.

Ex quo nemo dubitat: quid perfecto ponte facturi sint: qui iam seruiunt inchoato. Talibus te pro utilitate ac dignitate publica rebus intentum auertunt in se noui motus eius hominis: quem successib? tuis maxime fauere decuisset. De quo ego quomodocumque dicam adhuc ferme dubito & de nutu numinis tui expecto consiliu. Quilibet. n. merito pietatis tuæ questib? arguat: debet tamen sibi uox prima moderari: præsertim cum eum qui tibi ex tantis beneficiis tuis & tanto necessitudinū fore ingratus existerit adhuc cōtemplatui cogat: ut quis irati reuerat. Quid faciā igitur: ut tam profunda uulnera suspenfa manu tractem? Usurpabo nimis illa communia oīum facinoræ patrocinia: quæ tamen plærunq; etiam a sapientib? asserunt: neminē hominē peccare nisi fato: & ipsa scelera mortaliū actus esse fortunæ: contra autē deorum munera esse uirtutem. Gratulare Constantine naturæ ac moribus tuis: quod te talem Constanti? pius genuerit: talem siderum decreta formarūt: ut crudelis esse non possis. Illum aut non credo cum uentur? in lucem: optionē uitæ qua uteretur acciperet: sortem incurrisse fugiendā: quæ multis hominib? iniustum & postremo ipsi uolūtariū ferret exitium. Ut enim alia mittam hoc ipsum nō ne fati necessitas tulit: ut ille pietati tuæ hanc referret uicem: quem tu ab urbe pulsum: ab Italia fugatum: ab illyrico repudiatū: tuis prouinciis tuis copiis tuo palacio cepisti? Quid oro sibi uoluit? quid optauit? aut quid amplius adipisceret his quæ a te fuerat cōsecutus: cui tu summa & diuersissima bona priuatū ocium & regias opes dederas. cui digredienti ad annulos sederas: cui impensib? etiam q̄ tibi occurrere obsega



nostra mādaueras. cuius omnib? iussis sic statueras obe  
 dire: ut penes te habitus : penes illum pōtas esset impe  
 rii. Quis nam ille tantus fuit non ardor potentiaē: quid  
 enim te imperante non posset? sed error iam desipiētis  
 ætatis: ut tot natus annos grauiſſimas curas & bellum  
 ciuile susciperet? Nullis ut res est munerib? fortunæ ex  
 plent: quoz cupiditates ratio nō terminat. atq; ita eos  
 felicitas īgrata subterfluit: ut semp pleni spei uacui cō  
 modorum præsentib? careant dum futura prospectāt.  
 At enī diuinū illum uirum: qui primus imperiū & par  
 ticipauit & posuit: consilii & facti sui nō pœnitet: nec  
 amississe se putat: quod sponte transcripsit. Felix beatus  
 que uere quem uestra tantoꝝ principū colunt obsequia  
 priuatum: sed & ille multiuigo fultus imperio: & uestro  
 tegit lætus umbraculo: quos scit & sua stirpe creuisse:  
 & glorias uestras sibi iuste uindicat. Hunc ergo illum  
 qui ab illo fuerat frater ascit? puduit imitari. hinc illū  
 & capitolini Iouis templo iurasse pœnituit. non miꝝ q̄  
 etiā genero peierauit. hæc est fides: hæc religio palatini  
 sacrarii deuota penetrabilis: ut léte & cunctāter iam. s.  
 cū illis belli consiliis itinere confecto cōsumptis copiis  
 mansionū: ne quis consequi posset exercitus repente in  
 tra parietes consideret purpurat? & bis depositū tertio  
 usurparet imperiū: litteras ad sollicitādos exercitus mit  
 teret: fidem militū præmioꝝ ostentatione turbare tem  
 ptāret: secure. s. usurus exercitu quem uænales manus  
 habere docuisset. Quid? quod illius errore declaratū est  
 Imp. quantus te militum tuoꝝ amor complecteret: qui  
 te omnibus donis quæ ille p̄miserat: omnib? honorum  
 oblationib? prætulerunt. Rara illa uirtus continētia uix

a paucis sapientiæ præceptorib? tantum aliquâdo serua-  
ta: propter te Constâtine omnium hoïum est facta com-  
munis. nec solû his quos litteræ uitæ quies mitigauit:  
sed etiâ ille militariû ardor animor? respectu tui lucra  
cõtempnit. Fuerint aliqui exercitus alacritate ac uiribus  
tui similes: tibi uni contigit exercitû habere sapietem.  
Multi olim fortasse prauis duces armis impares largita  
te certarunt: sed breuis eor? fuit & caduca popularitas:  
quos facile uicit quisqs imitatus est. hic firm? hic æter-  
nus est reip. custos: quem ipsum per se milites amant:  
cui nõ blandita nec uændita seruit adulatio: sed simplex  
& sincera deuotio. Dona tua Constâtine manifeste sunt  
grata militib?: sed hoc gratiora qd̄ tua sunt. quæcunq;  
porrigis manu tua fiût acceptiora. Quam nemo potest  
tecum hac ambitione contendere. insupabile genus est  
largitionis: cum ipse militi præmiû est Imp. Itaque tri-  
buis tu tuis quidẽ exercitibus etiam plura quã cupiût:  
sed tuû te magis nomen: tua de memoria patris aucto-  
ritas: tua ætatis gratia: tua deniq; ista uenerabilis for-  
ma commendat. Pulchrum enim dii boni & cæleste mi-  
raculum Imp. adolescens: in quo illa quæ iam summa  
est fortitudo adhuc tamen crescit: in quo hic fulgor ocu-  
lorum hæc ueneranda pariter & grata maiestas pstrin-  
git simul & inuitat aspectus. Talem magnû illû regē:  
talem thessalû uirum mente concipio: quorum summa  
uirtus pulchritudini cõiuncta celebratur. Non frustra  
enim doctissimi uiri dicunt naturã ipsam magnis men-  
tibus domicilia corpor? digna metari: & ex uultu homi-  
nis ac decore membror? colligi posse: q̄tus illos cælestis  
spiritus intrarit habitator. Itaq; te cum ingredientem

110

milites uident admirantur & diligunt; sequuntur oculis: animo tenent: deo se obsequi putant: cuius tam pulchra forma est: quam certa diuinitas. Statim igitur ut fœdum illud facinus audierant; ulro a te proficiscendi signum petierunt. cum uiatica dares: id ipsum sibi moram facere: plusque iam se quam sufficeret ex largitionibus tuis habere dixerunt. Inde arreptis armis portas petierunt: tot dierum iter a rheno usque ad ararim sine ulla requie pegerunt indefessis corporibus animis flagrantibus crescente in dies ardore uindictæ quanto propius accederent. Tum quidem tua Imper. cura qua refouendis eorum uiribus a cabillonēsi portu nauigia prouideras: festinātibus pœne non placuit. segnis ille & cunctabūdus amnis nunquam fuisse tardior uidebatur: carinis tacite labentibus & ripis lente recedentibus stare se non ire clamabant. Tum uero usum pedum manibus aggressi incubuere nauigiis: & naturam fluminis urgendo uicerunt: & tandem eluctati araris moras uix ipso rhodano fuere contenti. Parum illis uidebatur concitus rûere minus solito arelate properare. Quid multa? confitēdum est Imp. cum hoc tuo uigore corporis hoc mentis ardore: laborasti interdū: ut quem ducebas sequereris exercitum. Tanto enim omnes impetu ferebantur: ut cum illum arelate deserto comperissent abiisse Massiliam: confestim nauibus euolarent: effusoq; cursu non iam rhodani curricula: sed ipsa quodammodo uentorum flamina præuerterent: tantus illos incenderat amor numinis tui: ut quanuis scirent oppugnandam esse munitissimā ciuitatem: sufficere sibi crederent præuenire. Massilia enim: ut audio: in

profundū mare prominēs: & munitissimo accincta por-  
tu: in quem angusto aditu meridian⁹ refluit sinus. mille  
quingentis passibus terræ cohæret: qua firmissim⁹ &  
turribus frequens murus opponit̃. Quippe olim græ-  
cos italosq; illuc conuenas cum artibus ingenioq; polle-  
rent: etiā ipse docuit locus: omnia quæ bello usui forēt:  
largius in eam partem quæ adiri posset impēdere: cum  
natura in cæteris sumptū operis remisisset. Itaq; illam  
tum graui fato Cæsari portas pro duce seniore clauden-  
tem terra mariq; admotis machinis aggerib⁹ extractis:  
naualibus præliis sæpius oppugnata quam territā uix  
obsessio diuturna patefecit. Cum tamen græculi magi-  
stratus & ipsum Cæsare & nos duces eius & copias nō  
tam uiribus suis quam mœnib⁹ reppulissent. At enim  
non primo tuo Imp. aduentu primoq; impetu exercitus  
tui nihil eiusdē Massiliæ altitudo muroꝝ nihil celes-  
tium turre nihil loci natura remorata est: quo minus  
& portum caperes & urbem continuo si uelis. Quippe  
tanta fiducia murum omnem milites inuaserūt: ut sta-  
tim sine dubio ascensuri fuissent: nisi parandis quas ad-  
mouerant scalis cōiecturam oculorum sublimitas fefel-  
lisset. Sic quoq; multi scalarū breuitate decepti: quod su-  
pererat ascensui extentis corporib⁹ æquabant: & succe-  
dentium humeris subleuati iam interualla præuiarum  
uncis manibus inuaserāt: adeo nihil periculi in uictæ  
executione metuebāt: ut sibi non murum scandere: sed  
ex æquo congrédi uideretur. Sed o singularē tuam Con-  
stantine pietatem & sua semper officia etiā inter arma  
seruātem: signum receptui dedisti: & uictoriā distulisti:  
ut oībus tibi liceret ignoscere: me quid atrocius faceret

miles iratus: quã dãmētĩæ tuæ natura pateret̃. In quo licet optimi Imp. sollicitudine caueris: ut inducti in fraudem milites poenitendi tempus accipient: atq; ultro ueniam precarent̃: nos tamen q̃ mitissimos sensus tuos intuemur: nihil est. n. tam perspicuũ quã in pectore tuo bonitas: illi te intelligim? pepercisse: quẽ si prima copiã habuisset irruptio: eripere fere nemo potuisset. ita quod ad pietatẽ tuam ptinet: Imp. & illũ & omnes quos receperat reseruasti. Sibi imputet quisq; uti noluit beneficio tuo: nec se dignũ uita iudicauit: cum per te liceret ut uiueret. Tu qđ sufficit cõscientiæ tuæ etiam non merentibus pepercisti. Sed ignosce dicto: nõ omnia potes: dii te uindicant & inuitum. Quod quidẽ nobis semper optandũ est: ut p̃speros habeas et̃ ultra uota successus: qui oẽm spem in gremio maiestatis tuæ ponim?: & tuã ubiq; præsentĩã quasi dari possit expetim?. Ecce. n. dum a limite paulisp̃ abscesseras: q̃bus se terrorib? barbaror̃ perfidia iactauerat. s. dum sibi illa p̃ponunt: quando perueniet: q̃do ueniet: quãdo fessum reducet exercitũ: cum repente audito reditu tuo uelut attoniti conciderũt: nec tuum pro rep. uotum ampli? quam unius noctis cura tetigit. Postridie enim quam accepto illo nuncio geminatum itineris laborem suscepas: omnes fluct? resedisse: oẽm quam reliqueras tranquillitatẽ redisse didicisti: ipsa hoc sic ornante fortuna: ut te ibi rerum tuar̃ felicitas admoneret diis imortalib? ferre quæ uoueras: ubi deflexisses ad templũ toto orbe pulcherrimũ: imo ad præsentem ut uenisti deum. Vidisti. n. credo Constatine Apollinem tuũ comitante uictoria coronas tibi laureas offerentem: quæ tricenu singulæ ferũt omen annor̃: hic est

enim humanarū numerus ætatū: quæ tibi utiq; debent  
ultra pyliam senectutē: & imo qđ credo uidisti: teq; in  
illiꝝ specie recognouisti: cui totius mundi regna deberi  
uatū carmina diuina cecinerūt. Qđ ego nūc demū arbi  
tror cōtigisse: cū tu sis ut ille iuuenis & lætꝝ & salutifer  
& pulcherrimꝝ Imp. Merito igitꝝ augustissima illa delu  
bra tantis donariis honestasti: ut iā uetera nō quærant  
Iam omnia te uocare ad se templa uideantꝝ: præcipueq;  
Apollo noster: cuius feruentibꝝ aquis periuria puniunt:  
quæ te maxime oportet odisse. Dii imortales qđdo illum  
dabitis diem: quo præsentissimꝝ hic deus oī pace cōposi  
ta illos quoq; apollinis lucos & sacras sedes & anhela  
fontiū ora circueat: quorū scaturigines leni tepore nebu  
losæ arridere Cōstātine oculis tuis: & osculis sese insere  
re uelle uideantꝝ. Miraberis pfecto illā quoq; numinis  
tui sedem: & calentes aquas sine ullo soli ardentis indi  
cio: quarū nulla tristitia est saporis aut alitus: sed talis  
haustu & odore sinceritas: qualis fōtiū frigidorū. Dabis  
& illic munera: cōstitues priuilegia: ipsam deniq; patriā  
meam ipsius loci ueneratione restitues: cuius ciuitatis  
antiqua nobilitas & quondā fraterno. po. ro. noīe gloria  
ta opem tuæ maiestatis expectāt: ut illic quoq; loca pu  
blica & tēpla pulcherrima tua liberalitate reparētꝝ: sicut  
hic uideo hanc fortunatissimā ciuitatē: cuiꝝ natalis dies  
tua pietate celebratꝝ: ita cunctis mœnibꝝ resurgentē: ut  
se quodāmodo gaudeat olī corruisse: auctior tuis facta  
beneficiis: uideo circum maximū æmulū credo romano  
uideo basilicas & forꝝ opera regia sedemq; iusticiæ in  
tantā altitudinē suscitari: ut se sideribus & cælo digna  
& uicina p mittant. Quæ certe omnia sūt præsentia tua

munera. Quæcūq; enim loca frequētissime tuū numen  
 illustant: in his & hominibus oīa & mōenib; & muneri  
 bus augent̃. Nec magis Ioui & Iunoni recubātibus no  
 uos flores terra submisit: q̃ circa tua Cōstātine uestigia  
 urbes & templa consurgūt. Ideoq; hoc uotis meis suffi  
 cit: ut patriam meā uideas ducente pietate: quia statim  
 erit restituta si uideris. Sed. n. ista felicitas uiderit an  
 adhuc meæ debeatur ætati: interim quoniā ad summā  
 uotoꝝ meoꝝ tua dignatione perueni: ut hanc meā qua  
 lēcunq; uocem diuersis ocii & palatii officiis exercitā in  
 tuis auribus consecrarē: maximas numini tuo gratias  
 ago. tibiq; q̃ sup̃est cōmendo liberos meos: præcipueq;  
 illum iam sūma fisci patrocinia tractantē: in quē me to  
 tum trāstulit pietas: cuius felix seruit; si q̃do respexeris  
 maxime tuæ cōueniet ætati. Cæter; qđ de oībus liberis  
 dixi: lata est Imp. ābitio: præter illos. n. qnq; quos genui  
 etiā illos quasi meos numero quos puexi ad tutelā fori  
 ad officia palatii. Multi quippe ex meri humo ignobiles  
 fluūt: multi sectatores mei ēt. puīcias tuas administrāt.  
 quoz; successib; lætor: oīumq; honorē pro meo duco: &  
 si forte hodie infra expectationē mei dixero: in illis me  
 cōfido placuisse. Sed tamen hoc quoq; tuū mihi numen  
 indulserit: ut ex hac oratiōe nō eloquētix q̃ nimiū ē: sed  
 q̃tulæcunq; prudētix & deuotæ tibi mentis testimoniū  
 referā. Cedant priuatoꝝ studioꝝ ignobiles curæ: p̃petua  
 mihi erit materia dicendi: qui me p̃bauerit imperator.

FINIS.

I MIHI CAESAR POST DIVTVRNVN

f silentiū sola esset uincēda trepidatio: q̃ rudi  
 mēta quædā uocis meæ rursus expior: haud

imerito me ultra q̄ ætas: & q̄tulacūq; studiū mei ferret  
opinio pturbat confiterer:præsertim cū apud maiestatem  
tuā diuina uirtutū miracula uestraꝝ prædicarē. Quo in  
genere orationis q̄ta esset cura q̄tus labor q̄ sollicita ue  
neratio: sensi ēt cum quotidiana illa instituēdæ iuuetu  
tis exercitatione uersarer. Quāuis.n.prima tunc ī rena  
scentē rēp.patris ac patrui tui merita licet æquare non  
possem:posse tamen uel censere numerādo.Sed cū in eo  
curriculo illo uetere aut inter adita palatii uestri alia  
quædā sermonis arcani ratio demouerit:aut post indul  
tā a pietate uestra quietē studiū ruris abduxerit: & uos  
interim nullū ulciscēdæ augēdæq; reip. uacuū tempus  
amiseritis: cū tot postea uirtute uestra partæ uictoriæ:  
tot excisæ undiq; barbaræ nationes: tot trāslati sūt Ro  
ma cultores:prolati limites:tot puīciæ restitutæ:hæreo  
prorsus & stupeo:& præter illam ex ocio meo tarditatē:  
tanta reꝝ mole deterreor:nisi hoc uno nitar hortatu: q̄  
ex q̄tacūq; desidia quāuis maximæ orōni imparē facit  
Cæsar auditor: præsertim cū fauēte numine tuo ipse ille  
iā pridē mihi q̄ in lucē prim⁹ eduxit diuitiaꝝ patris tui  
auriū aditus euenerit:quo facilius maiestatis tuæ recor  
datione cōfusus possim illa quæ tūc dicta sūt præterire:  
atq; hunc sermonē ab his quæ secuta sunt icohare. Quā  
quā multa mihi ex illis quoq; hoc in tēpore necessario  
transeūda sunt:ac potissimū ea qb⁹ officio delati mihi a  
diuinitate uestra honoris interfui:capt⁹ .s. rex ferocissime  
natiōis inter ipsas quas moliebat insidias:& a pōte rhe  
ni usq; ad danubii transitū contēsem deuastata atq; ex  
hausta penit⁹ Alamania.Nā & maiora sūt q̄ ut enarrari  
inter alia possint: & ne meis quoque stipendiis uidear



gloriari: sufficit cōscientiæ meæ illa uidisse. De te igit̃  
 mihi Cæsar iuicte hodiernæ gratulatiōis exordiū. diui  
 nus ille uestræ maiestatis ort̃ ipso quo illuxit auspicio  
 ueris illustrior: cui dies sereñ: atq; ut celebrātes sēsīm?  
 ultra rōnem tēporis sol æstiuus incaluit: augustiore ful  
 gens liminis claritate: q̃ cum originē mundi nascētis  
 animauit. siquidē tunc inter illa rer̃ tenera primordia  
 moderat̃ dicitur ne noceret: ardētior nūc certasse dicit̃  
 ne maiestate uestra uideret̃ obscurior. O felix beatūque  
 uer nouo partu: iam nō amoenitate florum: nec uiridi  
 tate segetū: nec gemmis uitiū: nec ipsis tantū fauoniis  
 & luce serenata lætū atq; uenerabile: q̃tum ortu Cæsaz  
 maximoz. O tēpus quo merito quōdā oīa nata esse cre  
 dant̃: cū eodē nunc cōfirmata esse uideam̃. O kalendæ  
 martiæ sicuti olī annoz uoluentiū: ita nūc æternoz au  
 spices impatorz. Quāta. n. iuic̃tissimi principes & uobis  
 & reip. ppagatio orbis uestri p̃cipādo tutelā: cui? licet  
 oī hoste p̃domito certa securitas: nimios tamē ī diuersa  
 discursus uel reuisēda poscebat. Partho quippe ultra ti  
 grim redact̃o. Dacia restituta: porrectis usq; ad danubii  
 caput germāiæ rhetiæq; limitib̃: destinata batauiæ bri  
 taniæq; uīdicta: gubernacula maiora quærebat aucta at  
 que augēda rep. & q̃ romanæ potētiae terminos uirtute  
 ptulerant: impiū filio pietate debebāt. Et sane præter  
 usum curāq; reip. etiam illa Iouis & Herculis cognata  
 maiestas Iouio Herculiq; principib̃ totius mundi cæ  
 lestiumq; rerum similitudinē requirebat. Quippe isto  
 numinis uestri numero sūma omnia nitunt̃ & gaudēt:  
 elemēta quattuor: & totidē anni tēpora: & orbis quadri

fariā duplici discret? oceano: & emēso quater cælo lustra  
redeūtia: & quadrigæ solis: & duob? cæli luminib? adiū  
cti uesper & lucifer. Sed neq; sol ipse: neq; cuncta sidera  
humanas res tam ppetuo lumine intuent: q̄ uos tuemi  
ni: q̄ sine ullo fere discrimine dieꝝ ac noctiū illustratis  
orbem: salutiq; gentiū non his modo quibus imortales  
uult? uestri uigent: sed multo magis illis diuinæ mēti  
um uestraꝝ oculis puidetis: nec solū qua dies orit̄ & pre  
terit̄ & condit̄: sed et ex illa septentrionali plaga salutari  
beatis luce puincias: adeo Cæsar uestra in orbē terraz  
distributa beneficia ppe plura sunt q̄ deoz. Quib? ego  
si oibus imorari uelim: neq; hic dies mihi totus: neq; p  
xim?: neq; porro cæteri sat erūt. & habenda est rō tēpo  
ris Cæsares tanta dū loqmur. Adoratz sūt igitur mihi  
sarmaticæ expeditiones: qbus illa gens ppe ois extincta  
est: & pene cū solo noīe relicta quo seruiat. Dent ueniā  
trophæa niliaca: sub quib? æthiopæ & idus intremuit.  
cōtēta sit uoce gloriæ suæ & proxima illa ruina carpoz.  
referuet̄ nūciis iā iamq; uenientib? m auris imissa uasta  
tio aliis hæc pmittente maiestate uestra celebrabo tēpo  
ribus. Dii imortales uota suscipio & ipsis q gessere præ  
sentib?. Illa uero Cæsar iuicte quæ ductu atq; auspicio  
numinis tui gesta sūt: quoz etiam spectaculo fruimur  
sub hac occasione dignationis tuæ sine dilatione dicen  
da sunt: eo magis quod q̄uis in cōmunibus reip. bonis  
necesse nobis gratulari: quæ priora nobis sunt maxime  
sūt gratulatiōi. Statī itaq; Gallias tuas Cæsar ueniēdo  
uicisti: siquidē illa celeritas qua oīs ort? atq; aduētus tui  
nūcios præuertisti cepit oppressam gesorigiā censibus  
muris pertinacem: tunc errore misero romanū piraticæ

factionis. atq; illis olim mari fretis alluentē portas adē  
 mit. In quo diuina puidencia tua : & par consilio effē  
 ctus apparuit: qui omnē sinum illum portus: quē statis  
 uicibus æstus alternat: defixis in aditu trabib? ingestis  
 que saxis inuium nauib? reddidisti: atq; ipsam loci natu  
